

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXII**

**DOCUMENTA POLONICA
EX ARCHIVO PARMENSI
I PARS**

ediderunt

**VALERIANUS MEYSZTOWICZ
et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS**



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 7 0

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XIII, Romae, 1954-1969

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- Vol. I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565) Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- Vol. II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424) 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Capituli Trident.).
- Vol. III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787) 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- Vol. IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603) 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- Vol. V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682) 4 tab. 1962.


INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXII**

**DOCUMENTA POLONICA
EX ARCHIVO PARMENSI
I PARS**

ediderunt

**VALERIANUS MEYSZTOWICZ
et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS**



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 7 0

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKOROŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - 00192 ROMA

EDITIONEM CURAVIT:
CAROLINA LANCKOROŃSKA

I N D E X R E R U M

Introductio	Pag.	V
Carteggio Farnesiano, Polonia 119, I. NN. 1-182	»	3
2 tabulae		

DOCUMENTA POLONICA EX ARCHIVO PARMENSI CARTEGGIO FARNESIANO, POLONIA, 119

INTRODUCTIO

Hoc volumen nostrum inscribitur: Documenta Polonica ex Archivo Parmensi, Carteggio Farnesiano, Polonia, 119.

Iam ipsa huiusmodi operis inscriptio mira forsitan videbitur iis, qui non solum tot lapides miliarios considerant, quibus Parma et Polonia a se invicem distant, sed et omne genus differentias prae oculis habent, quae inter vastissimum Poloniae regnum, a mari inde Balthico usque ad Pontum Euxinum, a montibus Carpaticis longe ultra Boristhenem fluvium extensum, et exiguum Parmae ducatum intercedebant, in Italia septentrionali positum; inter populosam deinde nationem, quae quasi ex toto suae ipsius et totius Reipublicae Christianae defensionem a Turcis, Tartaris, Moscovitis erat dedita, et pacificam illam Parmam Farnesianam, litteris, artibus omnisque cultus civilis incremento addictam, dum in Poloniae Lithuaniaeque regionibus Musae ad plenum fere silentium bellis reducebantur.

Sed "antiqua volvens monumenta virorum" potest detegere lector rationes, ob quas Parmae inventiuntur documenta saeculi XVI et posteriorum, ad Poloniam pertinentia.

Prima et in imo fundo posita ratio communitatis Parmae et Poloniae in eo consistit, quod utraque ad illam nationum Europae societatem pertinebat, quae nomine "Christianitatis" vocabatur. Quae societas praesertim in religione fundabatur, et quidem in communi ad Ecclesiam Catholicam pertinentia, in qua Sedes Apostolica Romana, non obstantibus quibusdam scissionibus, primum tenebat locum. Inde et proxima apparet ratio relationum Poloniae cum Parma: et ratio haec est in persona unius hominis, qui Alexander Farnesius vocabatur. Qui tamen Alexander minime confundendus est cum aliis sibi fere contemporaneis homonymis.

Agimus hic de Alexandro Farnesio, Petri Ludovici Farnesii filio, qui anno 1520 natus, proximo sanguinis vinculo coniunctus erat cum alio Alexandro Farnesio, seniore (qui annis 1534-1549 Romanus Pontifex fuit). Ab eo, primo eius pontificatus anno, cardinalis creatus est, vix decimo quarto anno aetatis suae; anno subsequenti iam munere vicecancellarii Sanctae Romanae Ecclesiaeungebatur; anno 1538, aetatis suae duodevicesimo, secretarius papae factus, ad res Ecclesiae maximi momenti gubernandas vocatus est; multas legationes, inter alias ad pacem inter Franciscum I et Carolum V imperatorem ineundam, feliciter absolvit. Suis

temporibus eoque cooperante celebratum est Concilium Tridentinum totum; ab anno 1578 decanatum Sacri Collegii tenuit; artium et litterarum eximius protector, ecclesiam nomini Iesu dicatam ("al Gesù") Romae aedificandam curavit et celebrem villam Caprarolae erigendam; palatii etiam Farnesiani Romae aedificationem ad finem deduxit. Anno 1589, Sixto V Pontifice Maximo et Sigismundo III Poloniae rege, obiit.

Vir erat maximi ingenii, in rebus publicis tractandis vere habilis et peritus, Ecclesiae deditissimus, addictus quoque propriae genti eiusque divitias et splendorem curans, ipse "nepos" et "nepotum" suorum benefactor.

Cardinalis Alexander Farnesius multis nexibus cum Polonia coniunctus erat: anno 1544 a Sigismundo I coram Paulo III Poloniae protector factus, munere hoc sub quinque regibus Poloniae¹⁾ et octo pontificibus²⁾ per 45 annos, usque ad mortem suam est functus (a. 1589).

In hac brevi introductione omnes illas magni momenti res, quae in Polonia tunc successerunt, vix describere possumus. Attamen aliquos eventus, qui annis 1544-1589 locum habuerant, in memoriam revocandos haud inutile censemus.

Polonia et Lithuania, hucusque in unione personali sub unico rege et magno duce manentes, anno 1569 unam "Rem Publicam Utriusque Nationis" constituerunt. Haec Respublica, dynastia Iagellonica orbata, novam regiminis formam, i.e. monarchiam electivam nobiliarem in tribus electionibus successivis (1573, 1575, 1587) elaboravit;³⁾ in Polonia vigeat et crescebat, per Constitutionem Varsaviensem (1573) confirmatum, regimen tollerantiae in rebus religionis, cuius gratia, sine sanguinis effusione, reversi sunt ad fidem catholicam ab ea dissidentes, et praeparata est via proximae unioni Ecclesiae Ruthenae cum Ecclesia Romana; et hoc illo evenit tempore, quo Romae Sacra Inquisitio constituta et formata est (1542, 1588); effloruit Societas Iesu, eiusque collegium Vilnae a Gregorio XIII et rege Stephano ad altiore gradum Academiae evectum est; obiit Nicolaus Copernicus, astronomus (1543), obiit etiam Ioannes Kochanowski, poeta (1584); creatus est Curlandiae ducatus, Poloniae vassallus, et adnexus est Reipublicae utriusque Livoniae Palatinatus; reportata est a rege Stephano Bathoreo finalis victoria super Moscoviae "tsaratum" et ita Europa liberata est a duplici periculo: ex parte maris Mediterranei et maris Balthici, quod Christianitati a Solimano II, Selimo II et Ioanne (Ivano) IV incumberebat; obtenta est quoque, Sede Apostolica mediante, pax duratura inter domum Austriacam et Poloniam. Nihil harum rerum cardinali Alexandro Farnesio, Poloniae protectori, alienum fuit.

Sufficit velociter percurrere regesta documentorum hic typis impressorum ad perspicendum, quam multae res ab ipso cardinali protectore tractabantur. Iuvat hic notare: protector, etsi multa maxima negotia regis et Regni coram Sede Apostolica ageret, non unicus erat, qui regis verba ad summum pontificem portabat: erant alii, qui ad singulas res

1) Sigismundo I (ob. 1548), Sigismundo II Augusto (ob. 1572), Henrico Valesio (cessit 1574), Stephano Bathoreo (ob. 1586), Sigismundo III (ob. 1632).

2) Paulo III (ob. 1549), Iulio III (ob. 1555), Marcello II (ob. 1555), Paulo IV (ob. 1559), Pio IV (ob. 1565), S. Pio V (ob. 1572), Gregorio XIII (ob. 1585), Sixto V (ob. 1590).

3) Invenimus in his documentis etiam Alexandrum Farnesium, ducem Parmae, dictum "Gran Capitano", ad Regnum Poloniae propositum esse a 1587 (v. doc. 172, 173, 175).

*componendas a rege Romam mittebantur.*⁴⁾ "Protector" quodammodo erat eorum caput, gressus eorum dirigebat et, cum simul "cardinalis secretarii" munereungeretur, coram hisce regis missis Sanctam Sedem, ad quam veniebant, repraesentabat. Hic duplex character cardinalis protectoris, qui ex una parte "oratoris regii" partes, ex altera "consiliarii pontificis" gerebat, nostris temporibus difficile intelligitur: ad talem intelligentiam requiritur sensus communitatis inter papam et reges; quae communitas permittit cardinalibus uni Christianitati, non vero duobus dominis servire.

Notandum est etiam cardinalis Farnesii protectoris tempore nuntiatum Poloniae stabilem et continuam factam esse; nuntii, ab eo missi,⁵⁾ ad eum, uti summi pontificis secretarium, quasi omnes suas relationes dirigebant. Res ad publica negotia spectantes cardinali protectori non a solis oratoribus, nuntiis, legatis et missis referebantur; multi etiam dignitarii, laici et ecclesiastici, ad eum scribebant. Scribebant etiam multa de rebus publicis, de Turcis et Moscovitis, de relationibus inter principes christianos, de interno gubernio Reipublicae. Nulla fere ad episcopatum promotio sine voluntate cardinalis protectoris fiebat,⁶⁾ referebantur ei etiam res de beneficiis minoribus, de dispensationibus ab annatis aliisque similibus.

Speramus notas de parvis et maximis, in hoc volumine publici iuris factas, studiosis rerum actarum non solum Poloniae utiles fore.

Oritur tamen quaestio, cur documenta de negotiis Polono-Vaticanis Parmae inveniantur. Vix necesse est vinculum illud memorare, quod inter cardinalem Alexandrum Farnesium, Poloniae protectorem, et Parmam intercedere coepit, cum eius pater, Petrus Ludovicus Farnesius, iam ab anno 1537 dux Parmae creatus, regimen ducatus assumpsit (1545). Ex tunc proximi eius agnati: Octavius (1547-1586), Alexander, "gran capitano" dictus (1586-1592), Parmam gubernabant; et etiam posterioribus temporibus ducatus usque ad annum 1727 in manu Farnesiorum remansit.⁷⁾

Occasiones ad documenta Alexandri, cardinalis protectoris Poloniae, in archivo gentis suae reponenda sunt multae; nescimus tamen, quando et a quo hoc factum sit. Documenta fere praeciso ordine chronologico reposita sunt; oritur inde suspicio ea a quodam archivario recentiori ordinata esse; ut saepe in circumstantiis similibus evenit, acta, quae minoris momenti videbantur, facile seposita vel etiam destructa esse poterant. Notum est etiam documenta Polonica cardinalis protectoris in aliis archivis (e.g. Romae et Neapoli) inveniri; nos tamen, nostram regulam

4) Ita, tempore protectionis cardinalis Alexandri Farnesii, videmus Romae multos regis Poloniae oratores, multasque legationes et missiones, e.g.: Martini Cromeri (N. 39), Stanislaw Maciejowski (N. 53), Ioannis Wysocki (N. 61), Adami Konarski (N. 64).

5) Aloysius Lippomano (1554-6), Camillus Mantovani (1558-1560), Bernardus Bongiovanni (1560-1564), Franciscus Commendone (1564-1565), qui etiam 1570-1573 in Polonia legationem gerebat; Iulius Ruggiero (1566-1568), Vincentius dal Portico (1568-1573), Vincentius Laureo (1574-1578), Ioannes A. Calgari (1578-80; cuius archivum Brisighellae inventum in proximo volumine nostro apparebit); Albertus Bolognetti (1580-1584); Hieronymus de Buoi (1584-1586); Hannibal de Capua, Neapolitanus, regis Hispaniae et per eum Domus Austriae subditus (1586-1591).

6) E.g. promotio Iacobi Uchański ad sedem archiepiscopalem (NN. 27, 69), Nicolai Wolski et Valentini Herbut (N. 70), Georgii Radziwiłł (NN. 93, 112-115, 118), Stanislaw Czarnkowski (NN. 127, 128), Ioannis Solikowski (NN. 144, 146) ad sedes episcopales..

7) Ducum Parmae e domo Farnesiana ulterior series: Ranuccius I (1592-1622), Eduardus (1622-1646), Ranuccius II (1646-1694), Franciscus Maria (1694-1727).

sequentes, iuxta quam in editionibus nostris non alio ordine nisi archivistico utimur, hic ad saepe nominatam thecam Parmensem "Carteggio Farnesiano, Polonia 119" nostras investigationes limitamus.

Quae his a nobis typis eduntur documenta, primam partem seriei "Carteggio Farnesiano, Polonia, 119", constituunt, numeros ab 1 ad 183 continent; anno 1588 abrumpuntur. Alexander Farnesius, cardinalis protector, iam anno proxime venturo obiit. Abhinc per decem annos est in chartis Farnesianis, Polonia 119, lacuna: nonnisi anno 1598 resumitur commercium, per litteras ad Ranuccium I scriptas ab Anselmo Stöckl, in quibus de rebus ad Poloniam spectantibus est mentio. In hac parte inveniuntur documenta saec. XVIII casu quodam probabiliter hic collocata.

Editio seriei continuabitur in proximo nostro volumine ab hoc documento et prosequetur usque ad N. 319. Ibi quoque brevis descriptio thecae "Carteggio Farnesiano, Polonia 120" collocabitur.

Quam maximae et sincerae gratiae a nobis debentur Clarissimis Viris, Archivorum Parmensis et Romani Moderatoribus, Hectorsi Falconi et Marcello Del Piazzo, quod nobis in documentis adeundis et perlustrandis omnimodam opem benevole praestiterunt.

V.M.

T E X T U S

CARTEGGIO FARNESIANO, POLONIA, 119

I. NN. 1-182.

N. 1.

Constantinopoli, 28.XII.[1535].

Hieronymus Łaski

Sigismundo I regi Poloniae;

de tractatu inter [Franciscum I] regem Galliae et [Solimanum II] « imperatorem » Turcarum.

Extr. ex exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 1.

Ex litteris Domini Hieronymi Laschi ex Constantinopoli de XXVIII die [decem]bris ad Serenissimum Poloniae Regem.

Sciat etiam Maiestas Vestra Serenissimum Gallorum Regem misisse huc nuntium suum, qui ante decem dies advenit pro impetrandis induciis pro Caesarea Catholica Maiestate Summoque Pontifice ac Angliae et Portugalliae Regibus atque Venetis, et inter hos pro Serenissimo Domino nostro Poloniae Rege, cuius tamen Maiestatis res ego iam auxilio Dei composueram, sed in eo tractatu ne minima quidem Regis Ioanis est facta mentio, concludenturque intra paucos dies induciae sex mensium, et non longiores, Venetis penitus exemptis, cum quibus Imperator nullos prorsus tractatus habere vult, nisi sibi cedant Catharo, Budva, Anthivari, Dulcinio, Malvasia et Neapoli Romaniae. Quantum tamen intelligere potui, facturam arbitror hanc Caesaream Maiestatem cum illis pacem, si dumtaxat Neapoli Romaniae cedant et tributum decernant.

Praeterea cum Persarum Rege nulla pax intercessit, neque illius hic haberi aliquam rationem, sed contra Regem Portugalliae apparatus iam nunc expeditio, mittenturque contra illum omnes vires Aegyptiacae et hinc circiter virorum centum millia.

In reversa paginae parte: Copia della lettera del Laschi al Re di Polonia di 28 di dicembre.

In marg. alia manu: 1535?

Pamphilus de Strasoldo

protonotario Recalcato

de audientiis coram [Sigismundo I] rege Poloniae, eius filio [Sigismundo Augusto] et regina [Bona Sfortia].

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 2.

Molto Reverendo Monsignore, Signor mio Colendissimo. Dopo baciati li santissimi piedi di Nostro Signore etc. Arrivai qui in Craccovia alli primi del presente, ben visto et honoratamente accettato, ma per le molte occupationi in che'l Re Serenissimo è implicato, per havere chiamato li principali del regno a un convento generale, m'ha differita la prima audienza fin hoggi, laqual havuta et fatti gli atti mia in frequenti senatu, Sua Maestà per l'Arcivescovo Gnesnense mi fece quivi officiosamente rispondere et con molta osservanza rimettendosi a volerla consultare, et che poi risponderebbe. Uscito che fui fuori, mi condussero alla Regina, oltra l'espertation mia, per a me non pareva conveniente inculcare queste visitation regie così tutte in una fiata, nientedimanco andai menato volontieri per espedirmi più presto, et presentai lo breve pontificio accompagnandolo con quelle parole che a me parbero convenienti: mi rispose Sua Maestà con filial reverentia,^{x) y)} visitatione voleva^{x) y)} unaltravolta voleva^{x) y)} meco di^{x) y)} ho poi inteso da^{x) y)} della^{x) y)} Roma la cancellaria.^{x) y)} A questo convento non ce^{z)} de prelati che l'Arcivescovo Gnesnense et cinque Vescovi: Craccoviense, Plocense, Premisliense, Camenecense et Chelmense, di maniera che mi sarà de bisogno ire in Rossia all Arcivescovo di Leopoli et in Livonia al Rigense et ritornare per Slesia al Marchese Georgio Brandeburgense, attale^{z)} che non potrò essere prima che a mezzo marzo in circa a Roma, massime ch'io non potrò usare da mo innanzi la diligentia che fin qui ho fatto, per la staggione ch'ogni dì si fa peggiore, niente di meno non mancarò d'ogni celerità possibile. Fin qui un semicorriere, che non voglio dir più, non m'havrebbe passato avanti, sel^{z)} giusto impedimento di negoziare non m'havesse in qualche luogo tratenuto, et anche lo uscire di strada per ritrovare quelli con chi havea da trattare le cose commessemi. Nostro Signore mi fece dare danari per tre mesi et una lettera di cambio del quarto, della qual per amicitia me ne servirò ora qui, affine d'andar più provisto, massime che in paesi più lontani non ce^{z)} rispondentia. Supplico Vostra Signoria sia contenta impetrare da Sua Beatitudine lo viatico per l'altro tempo che necessariamente mettrò più delli quattro mesi, et certo se non fosse ch'io ho tolto senza comprare sei cavalli in casa mia et da miei parenti et un poco d'aiuto d'un Signore, così non so come havessi possuto adempiere lo grado della legatione; in manus tuas, Domine, commendo negotium meum.

Lo Re giunse qui a XII del presente, ha ora un po' di podagra, del resto è prosperoso, è coetaneo di Nostro Signore; lo figliuolo è di sedici anni, bellissimo principe, salutato et coronato re, intraviene col padre ad ogni publica attione; sabbato che sarà XXV m'ha designato l'audienza particolare per visitar sua serenità, che così ho in mandatis di fare; certo che non so se in dodici di anchora m'habbia ad espedire de qui, tanto si negotia adagio, credo per questo lor benedetto Convento, loqual è solito farsi ogn'anno, ma per l'absentia del Re Serenissimo in Lithuania sono tre anni che non s'ha possuto celebrare, et imperò ce^{z)}

molto più che fare del solito, ovvero che negoziare così.^{x)y)} Nec plura, se non che risupplisco Vostra Signoria a non mi levare la potente sua man da dosso, senza l' qual adminiculo sono da per me una vite che non può regersi sola ritta, et baciole la mano. Di Craccovia alli XXIII di novembre MDXXXVI.

Di Vostra Signoria molto Reverenda
eterno servitore Pamphilo de Strasoldo.

In marg. alia manu: 1536 correctum ex 1535. 23 novembre.

In dorso: Allo molto Reverendo Signor mio Colendissimo il Signor Protonotario Recalcaro, Secretario di Nostro Signore. Roma.

Alia manu: Signor Pamphilo Strasoldo.

De 23 novembre. Da Cracovia.

Ricevute a 3 di gennaio [1534].

Arrivò là a [IX] et fu accettato honorevolmente a [2]6 novembre, hebbe prima audienza a 23 per rispetto d'un convento...^{a)}

a) *Sequuntur verba, quae non leguntur.*

x)-y) *Sequitur cryptogr.*

z) *Sic in ms.*

N. 3.

Cracoviae, 28.XI.1536.

Pamphilus de Strasoldo

protonotario Recalcato

de audientiiis coram rege Poloniae [Sigismundo I]; de litteris Melan-
chthonis ad [Andream Krzycki], archiepiscopum Gnesnensem.

Orig., autogr., sigil.)*

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 3.

Molto Reverendo Monsignore, Signor mio Colendissimo. Dopo baciati li santissimi piedi di Nostro Signore etc.

Per un corriere, a giornate tamen, di questa Serenissima Regina che si partise alli XXIII del presente per Venezia, detti aviso a Vostra Signoria del giunger mio qui in Craccovia, et della prima mia audienza havuta dalli Serenissimi Re et ^{a)} Regina. Ora parte da qui ^{b)} un gentilhuomo italiano, auditore della Regina, pur per Venezia, et poi per Bari, raguagliarò Vostra Signoria di quello che per me è stato fatto dappoi le precedenti. Hierì solamente visitai lo Re giovane, nè prima ho havuto copia de' farlo perchè dui frate m'hanno dato l' dì et levatolo, tanto che hierì pur mi condussero alla visitatione di Sua Celsitudine, laqual visitatione dissi fare per mandato di Nostro Signore, et che in nome di Sua Santità con la beneditione apostolica, et con affettione et amor paterno la salutava, esshortandola a voler seguire le vestigie della santa lor prosapia Iagella, che così si chiama questa regal et certo santa famiglia che regna adesso, et massime le fresche et presenti orme delli Serenissimi Re padre et madre di Sua Serenità, la cui fama, virtù et religione muove gli animi delli essteri ad imitarli, non che Sua Maestà che è lor figliuolo et che continuamente ha così lucido specchio et essemio avanti gli occhi, et cose simili, con le debite offerte etc. Questa esshortatione non havea già pensato di usare seco, ma così ^{x)y)} da molti ^{x)y)} a tal che mi pareva proprio che le parole ^{x)y)} forse, o per l'età ^{x)y)} o per qualche preuditio visto che non ^{x)y)} et molto per questa ragione mi dicono ^{x)y)} che desiderarebbono lo concilio si facessi ^{z)} presto.

Sono stato la seconda fiata dalla Regina et m'ha detto la causa perchè si ^{x)y} laqual è quella che nell'altra mia scrissi essermi stata detta, cioè per ^{x)y} della ^{x)y} data ^{x)y} a che ella, ^{x)y} ho risposto che tutte le attion ^{x)y} sono ^{x)y} et che così deve essere, ^{x)y} ma non essend'io informato di questa casa, non sapea render la ragione perchè ^{x)y} et che questo sapea io bene et ne potea far testimonianza che l'eccelesia del Duca Francesco morto teneva la F. M.^c) del Illustrissimo Signor. ^{x)y} Sua Maestà m'ha pregato ch'io alla tornata mia ne voglia parlare a Nostro Signore et che mi darà lettere in tal materia a Sua Beatitudine et etiandio d'altra cosa. Lo Serenissimo Re non m'ha anchora risposto se no alle cerimonie nella prima audienza per bocca dell'Arcivescovo Gnesnense. Giovedì che sarà l'ultimo di questo mese, a domenica dicono che in pieno senato ut me suscepit, mi farà rispondere, perchè volse, com'è solito, a consultare.

Mando la copia d'una lettera del Melanthe, compagno, et forse più dotto, di Luthero, scritta all'Arcivescovo qui di Gnesna, datami da Sua Signoria Reverendissima et Illustrissima, laqual lettera a me non dispiace parendomi che voglia già redire in viam. Mando etiandio li articoli lutherani del concilio stampati in Witemberg, liquali credo bene che molto prima de questi Nostro Signore gli harà ^z) havuti: se così è, quella gli abbruscia che in ogni modo meritan el fuoco.

Io per questo caldo di stuphe ho gli occhi pieni d'una fastidiosa lippitudine et per aggiunta li snangogliani anchora, ma mi sforzo di non interlasciare negotio alcuno et aggiugnere alla buona inertie che ho nelle attion mie etiandio diligentia et sedulità quand'altro non sia. Havuta la risposta, et lettere responsorie, se me le daranno, ^d) del Serenissimo Re et prelati che qui sono, et etiandio presa licentia da chi si deve, me riandrò più oltra al mio camino; è ben vero che mi bisognerà più viatico che per lo quarto mese, come nell'altra mia ho scritto a Vostra Signoria, perchè se adesso mi voltasse per tornare a Roma stante la pessima staggione et brevità de giorni, non potrei essere a tutto mio potere se non alla fine di genaio o forse più oltra, non che havere a cercare anchora molto camino.

Venirà al tempo debito un mio parente a recordare a Vostra Signoria questa cosa tanto a me necessaria, et etiandio ne scriverò a Nostro Signore. Supplico Quella a volermi aiutare in questo et in ognaltro mio bisogno, come sempre per humanità sua ha fatto, alla quale sono infranchabilmente obligato et baciòle reverentemente la mano, perchè non è sempre ora di cerimoniare. Di Craccovia, alli XXVIII di novembre MDXXXVI.

Di Vostra Signoria molto Reverenda
eterno servitore Pamphilo de Strasoldo.

In dorso: Al molto reverendo monsignor Protonotario Recalcaro, Secretario di Nostro Signore, [etc.]

Alia manu scriptum est epistulae summarium, quod tamen ob precarium chartae statum legi non potest, paucissimis exceptis verbis, ut v.g.: Messere Pamphilo del 28 di novembre da Cracovia...^a) ha visitato il Re giovane...^a) ha fatto una longa [conversa]tione...^a) così...^a) da Prelati...^a)

a) *Sequitur verbum, quod legi nequit.*

b) *Lectio incerta.*

c) Felice Memoria (?)

d) *Expuncta verba se da.*

x)y) *Sequitur cryptogr.*

z) *Sic in ms.*

* V. Concilium Tridentinum (ed. GOERRESGSELLSCHAFT) t. IV, pp. 50-51.

Nicolaus Wolski

Alexandro Farnesio cardinali

munera mittit, filios ad litterarum studia in Italia manentes commendat.

Orig.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 4.

Reverendissime in Christo pater et Domine, Domine mi honorandissime. Salutem et obsequiorum meorum commendationem.

Mittens istuc ad Urbem Romam in nonnullis negociis meis hunc servitorem meum Sielicium, mandavi illi, ut Dominationem Vestram Reverendissimam meo nomine adeat ac reverenter salutet, omniaque illi fausta ac felicia precetur. Per quem mitto Eidem Reverendissimae Dominationi Vestrae duas bombardas manuales: quas habere eam velle ex Siemyhowski, eius servitore, intellexi. Cum quibus una etiam mitto illi horologium rotatile diligenti opera artificis factum. Oro, ut ea a me, servitore suo benevolo, grato animo accipere dignetur. Commisi etiam eidem nuncio meo nonnulla Dominationi Vestrae Reverendissimae referre. Queso, ut ei dicenti fidem adhibere et postulatis meis se ipsam benigne accommodare dignetur. Que diu sana et semper felix valeat, et me meosque filiolos, qui isthic in Italia dant literis operam, commendatos habere velit. Quod illi una mecum Vestrae Reverendissimae Dominationi omni studio, diligentia et servitute sua promerebuntur. Datum Cracoviae, die ultima Aprilis

^{u)} Dominationis Vestrae Reverendissimae obsequentissimus servitor
Nicolaus Volsky, maiordomus Suae Maiestatis Regiae.^{v)}

In dorso: Illustrissimo ac Reverendissimo in Christo Patri Domino Domino Alexandro de Farnesio, Sacrosanctae Romanae Ecclesiae tituli Sancti Laurentii in Damaso Cardinali et eiusdem Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Vice Cancellario, Domino Domino suo observandissimo.

Alia manu adscriptum. 1539. Cracoviae. Il maior domo del Re di Polonia del ultimo di aprile.

In margine alia manu: 1539, 30 aprile.

^{u)-v)} *Manu propria.*

Ignotus, pro cardinali Alexandro Farnesio

Rorario

de rebus bene expletis apud [Transilvaniae] regem Ioannem [Zapolya]; de prospectata pace inter [Carolus V] imperatorem et [Franciscum I] regem Galliae.

Concept.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 5.

Al Rorario alli 8 di dicembre 1539.

Reverendissime Domine, Amice Carissime.

La vostra lettera di 16 del passato, direttiva a Monsignor mio Reverendissimo et Illustrissimo di Farnese, comparsa 4 di sono per via del

nuntio di Germania, et con piacere et satisfactione di Nostro Signore fu visto quanto havevi fatto fin allhora col Serenissimo Re Giovanni et li avvisi che date delle cose di là, et perché penso che alla ricevuta di questa dovrete esser partito per Polonia, non accade che io mi estenda in dirli altro, salvo laudar la diligentia et prudentia vostra et dirvi che qui stamo in aspettatione d'intendere l'arrivo della Maestà Cesarea in Fiandra, dove tenemo per certo che habbia da seguire lo stabilimento della pace tra Sua Maestà et il Christianissimo, secondo che per altre duplicate li è stato scritto alli giorni passati da Monsignor mio Reverendissimo et Illustrissimo Farnese, il quale a quest'hora si deve trovare vicino a Lione, essendo partito di qua hoggi sono X giorni in poste di 35 cavalli, mandandolo Sua Santità legato all'una et l'altra di quelle Maestà per rallegrarsi di questa santa opera, frutto delle sue mani, et per exhortarli per debito suo a quelle executioni che sono subsequenti alla pace, per beneficio publico della Christianità et per honor di Dio et exaltatione et confirmatione della fede sua.

Da Buda si aspettano altre vostre lettere della resolutione con la quale vi farete partito da quel Re, et di poi di Polonia di quello che havrete exequito, tanto col Re et figliolo come con la Regina, li quali tutti benedirete da parte di Sua Santità et farete le mie humili raccomandationi, offerendomeli etc. Et bene vale. Roma etc.

Sub textu: 39. Al Rorario alli 8 di dicembre.

N. 6.

*Vilnae, 5.VI.[1540 vel 1541].**)

Sigismundus I rex Poloniae

Paulo III P.M.

de Alexandro Sculteto, de haeresi suspecto et in contumacia a rege condemnato; rogat confirmationem decreti.

Orig., membrana ex parte diruta, sigil. vest.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 6.

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater et Domine, Do[m]ine mi Cleme]ntissime. Post humilem mei Regnique et dominiorum meorum commendationem et oscula pedum [beatorum]...^{a)} cura et vigilantia, qua prospectum Regno dititionibusque meis cupio, ne quid in illis hereseon et schismatum existat, cum est [mihi] nomen cuiusdam Alexandri Sculteti, Canonici Varmiensis, de heresi delatum, quoniam is...^{a)} esse recusabat, diem illi coram me dici iussi. Quem cum, ut est audax et temerarius, minime obivisset, multorumque iuratorum hominum, quorum gravis [est] existimatio, testimoniis edoctus essem, quod cum annum iam septimum...^{a)} sacerdos sit, sacris operatus non sit, atque aliis rem divinam facientibus saepe illuserit, neque obscura signa dederit se unum esse ex detestandis illis haeticis, quos Sacramentarios vocant, quodque mulierem alat, ex qua complures liberos...^{a)} quae communi fama atque omnium opinione uxor eius sit, quae et ipsa una cum liberis nullum sacrosanctae Eucharistiae, ita a marito suo instituta, honorem habeat, eum tanquam

rebellem condemnavi exque finibus Regni et ditionum mearum haeresim istam eiiciendam atque exterminandam curavi, atque ei tanquam proscripto aqua et igni interdixi. Tametsi vero dubitanter id faciebam, ut contra sacerdotem pronunciarem, qui quatenus sacerdos est, iurisdictioni meae minime subiectus est, tamen addebat mihi ad eam rem animum cum communis Ecclesiae autoritas, qua cunctis Regibus et Principibus Christianis haereticos spoliandi, bonis omnibus evertendi et quidvis de eis statuendi potestas permittitur, tum diploma Leonis Decimi, antecessoris Sanctitatis Vestrae, quo et ipse potestatem fecit omnibus Regibus et Principibus Christianis in lutheranos aliosque hereticos animadvertendi et summum etiam de eis supplicium sumendi. Bona itaque spe fui non modo non reprehensum, verum etiam vehementer probatum iri factum hoc meum a Sanctitate Vestra, ex summo studio meo et observantia erga sanctam Christi Sponsam Ecclesiam profectum, quam contagione pestilentis huius hominis infici non esse ferendam existimabam. Maluissem quidem ab Episcopo eum suo iudicari, viro cum docto tum pio, sed cum eius iudicium subterfugeret, quid aliud mihi faciendum restabat, quam ut eorum ferociam iure meo potestateque regia comprimerem, qui contra iusiurandum suum Episcopis suis dicto esse audientes recusant. Iactare fertur se privilegium quoddam exemptionis habere, quod si protulisset coram me, etiam atque etiam deliberassem, neque mihi hoc sumpsissem, ut eum decreto meo condemnarem. Nunc ille non modo non produxit litteras hoc genus aliquas coram me, sed neque per se neque per procuratorem diem sibi per instigatorem officii mei dictum obivit, quem ego tantum Maiestatis meae contemptum ferre nequaquam potui, deque audaci homine meritas poenas sumpsi. Cum praesertim hoc ipsum, quod neque per se neque per procuratorem ad iudicium venit, non dubiam mihi fidem faceret esse eum omnium eorum criminum auctorem,^{b)} de quibus fuit accusatus, neque privilegium ullum exemptionis habere, quod concedi cuidam a Sancta S[ede, ut] maiore cum impunitate omnes in se impunitates suscipere atque ut haereticus esse possit, mihi verisimile non sit. Quid...^{a)} aliud, ludum quandam improbitatis aperiri ab ea Sede, a qua punita maxime oportere...^{a)}

Annus iam intercessit, cum de hoc ipso impuro homine ad Sanctitatem Vestram scripsi, atque ut eum pro potestate sua coerceret [rogavi], sed nihil profici videbam, neque minui modo, sed augeri etiam eius insolentiam, ut qui interea temps...^{a)} [om]nium offendiculo filias suas in matrimonium daret, domum canonicalem doti diceret atque ita se gereret, ut propter eius...^{a)} invisum esset totum collegium Varmiense omnibus, neque longe a magno periculo et discrimine...^{a)} ex eo collegio exterminaretur. Quibus ego causis adductus sum, ut nulla mora interposita cittari²⁾ eum ex officio iub[erem]...^{a)} nollet, me a contemptu eius, Ecclesiam vero a contagione et periculo liberarem...^{a)} [cir]cumlata, quam ut approbet Sanctitas Vestra et eam autoritate sua Apostolica confirmet atque omnia eius sacerdotia vaca...^{a)} [mai]orem in modum peto. Magno me, magno ecclesiam Varmiensem Sanctitas Vestra benef[icio] [a]ff[iciet]...^{a)} erit sede ista dignius, quam si planum cunctis fecerit, non modo non esse improbo cuiquam et haeretico ullum...^{a)} eos isthic debitas poenas nequaquam evolere. Quare etiam atque etiam Sa[nctitatem] Ves[tram]...^{a)} [qu]od a me factum est, atque una secum reputet, salva dignitate mea Regia, me ferre non posse, ut a quoquam decre...^{a)} ea firma esse meae dignitatis atque autoritatis plurimum interest. Cum...^{a)} mihi certo persuadeo. Quod superest, Deum precor, ut Vestram Sanctitatem quam diutissi-

me servet incolumem...^{a)} [ite]rum atque iterum me et dominia mea comendo. Datum Vilnae, tertia Iunii...^{a)} Regni et dominiorum meorum anno XXX quarto.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae obsequentissimus filius
u) Sigismundus Rex Poloniae manu propria.^{v)}

In dorso alia manu: 40. Vilna.

Del Re di Polonia. Li III di giugno.

Supplica Sua Santità che confermi una sentenza data da Sua Maestà contro uno Alessandro Sculteti, Canonico Varmiense heretico.

In dorso: Sanctissimo [etc.]... Paulo III [etc.]...

*) *Secundum computationem a die hereditatis acceptae (20.X.1506) vel a die coronationis (24.I.1507).*

b) *Lectio incerta.*

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

a) *Non legitur ob destructionem membranae.*

N. 7.

s.l. [1546 - 1548].

Sigismundus [I] rex Poloniae

ad informationem cardinalis Alexandri Farnesi

de Alexandri Sculteti a poena propter contumaciam incurta absolutione, accepto nuntio eundem Scultetum a tribunali Sanctae Sedis a suspitione haeresis iam absolutum esse.)*

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 7.

Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae.

Cum superioribus annis Dominus Alexander Sculteti, Canonicus ecclesiae Warmiensis apud eandem ecclesiam residens, apud nos de pretensa heresi et lutheranismo ac nonnullis aliis delatus, et ad sollicitationem instigatoris officii nostri ad coram nobis personaliter comparendus et se de praemissis purgandus, sub amissionis et confiscationis omnium bonorum suorum mobilium et immobilium aliisque penis citatus fuisset, ipseque citationem et mandata nostra huiusmodi obaudiens in termino eidem prefixo contumaciter comparere distulisset, Nos propterea eundem Alexandrum, ut praefertur, contumacem per sententiam nostram penas predictas incidisse et incurrisse declaravimus atque ex regno et aliis dominiis nostris bannivimus ac proscripsimus, aliaque mandata nostra contra eum decrevimus ac omnia et singula ipsius bona mobilia et immobilia confiscavimus atque fisco nostro applicavimus, prout in sententia aliisque mandatis nostris huiusmodi latius continetur. Verum cum nunc edoceamur et intelligamus predictum Dominum Alexandrum propter premissa et pro purgatione sui facienda Romanam curiam accessisse et illic inquisitum ac diuturnis carceribus detentum, tandem a dicta heresi, lutheranismo et aliis pretensis imputationibus per Reverendissimos Dominos Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, generales hereticae pravitatis a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Papa III universae Reipublicae Christianae specialiter deputatos inquisitores, absolutum fuisse, et propterea videmus ipsum in nos dumtaxat contumacia sua ob spretum nostrae citationis et non comparitionis supradictae deliquisse. Nos etiam atten-

dentes eundem Alexandrum, si quid per premissa in nos deliquit, satis penarum et aerumnarum per diuturnum carcerem et exilium pertulisse, ac ad diligentem requisitionem et preces Reverendissimi in Christo Patris et Domini, Domini Alexandri, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii ac Regni nostri apud dictum Dominum Nostrum Papam Protectoris, predictum Dominum Alexandrum in gratiam nostram recipimus eique offensionem nostri supradictam clementer et generose condonamus atque a sententia nostra memorata et penis in illa contentis liberamus, mandantes et committentes Magnificis et Generosis Dominis Achatio Zceme, Palatino Marieburgensi, et Stanislaio Costka, terrarum nostrarum Prussiae in Marieburgo Thesaurario ac eorum cuilibet in solidum, ut prenominato Domino Alexandro, seu ipsius procuratori pro eo, omnia et singula eius bona mobilia et immobilia, etiam patrimonialia, per qualescunque ministros nostros et alios quoscunque vigore confiscationis et mandatorum nostrarum predictorum qualitercunque et ubicunque in terris nostris Prussiae detenta, recepta, occupata et detracta ac aliter qualitercunque et quocunque hactenus possessa, integra restituant, consignent atque tradant ac absque omni contradictione restitui, consignari et tradi faciant, inhibentes omnibus et singulis quibuscunque, gradum, statum vel conditionem exhibentibus sub centum marcarum auri fisco nostro applicandi ac aliis arbitrio nostro infligendis penis, ne ipsi vel eorum aliquis dictum Dominum Alexandrum in corpore vel bonis ipsius vigore sententiae bannitionis, proscriptionis et mandatorum nostrarum predictorum quovis modo inquietare, perturbare aut molestare audeant et presumant. Non obstante sententia ac mandatis nostris supradictis ceterisque contrariis quibuscunque, aliter pro gratia nostra non facturis.

In dorso: Per Reverendum Dominum Nuncium Sanctissimi Domini Nostri apud Serenissimum Dominum Regem Poloniae expediend[um].
Pro Alexandro Sculteto.

*) V. THEINER, A. Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae, t. II (*Romae 1861*), p. 562, doc. DCXXXVIII.

N. 8.

Cracoviae, 21.XI.1541.

Hieronymus Łaski

Paulo III P.M.

de litteris a principe [Solimano II] ad regem Galliae [Franciscum I] transmissis, in quibus Solimanus Franciscum contra imperatorem [Carolum V] incitat eique auxilia promittit.

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 8.

Post exosculationem pedum obedientiaeque et servitutis meae commendationem. Beatissime Pater et Domine, Domine Clementissime.

Significavi quaedam Sanctitati Vestrae medio Reverendissimi Domini Cardinalis Alexandri, Archiepiscopi Brundusini, misso ad suam Dominationem Reverendissimam quodam Bartholomaeo Carebetho, Serenissimi Domini mei Romanorum etc. Regis Physico, quae dum apud Turcas legationem agerem intellexeram. Nunc autem sciat Vestra Sanctitas et pro re certa habeat, quod Turcarum Princeps binas diversis itineribus literas ad Christianissimum Regem transmisit, in quibus partim suas

iactat victorias et de occupata pridem Buda gloriatur, neque se dubitare ait felices istius modi successus suos futuros esse Christianissimo longe gratissimos; partim vero videri vult graviter ferre necem Rynconis et Domini Caesaris Fregosii eamque ita exaggerat, ut Regem omnibus, quibus potest, modis et artibus incitet, stimulet et urgeat ad capienda rursus arma adversus Sacratissimam Caesaream et Catholicam Maiestatem, vindicandamque tantam iniuriam et rei indignitatem. Pollicetur praeterea in eum usum ipsi Christianissimo Regi talem se et tantam classem in auxilium suum expediturum, quantum nullus unquam antea Turcarum imperator in mare produxisset, offerens insuper munitiones et pecuniam, si eis Rex egeat. Quamquam autem certo mihi persuadeam Christianissimum Regem obauditurum Turcicas istas persuasiones et suggestiones, etiam si praeter haec, quae scripsi, offerat Turca se eo terrestri expeditione proficisci velle, quocumque Rex Christianissimus postularet, nimirum facile intelliget Maiestas sua nihil aliud hic quaerere Turcam omnibus suis istis instigationibus, quam ut distracta sit multiplicibus bellis Caesarea et Catholica Maiestas, res interim suas ipse in Hungaria firmare et maiora indies tentare possit. Tamen hic opus esset Vestrae Sanctitatis diligentia et studio, ut Christianissimum Regem cohibeat paternis admonitionibus suis, ne Turcicis eiusmodi instigationibus flectatur. Actum est enim profecto de Republica Christiana, si res ad arma inter haec prima Christianitatis capita deveniat. Et Sanctitas Vestra non minus ipsa periclitabitur haud dubie atque est iam periclitata, et adhuc etiam periclitatur tota Hungaria. Qua in re adesse dignabitur Deus, fidelis protector suorum omnium, Vestrae Sanctitati et omnia eius hac in parte consilia fortunabit. Caeterum eo me adigit necessitas mea domestica, Beatissime Pater, ut in oppressionibus hic meis quibusdam opem Vestrae Sanctitatis implorem, ad quam hoc maiore fiducia recurro, quo et mihi perspectam magis habeo clementiam et probitatem Vestrae Sanctitatis, et illi vicissim cognitae esse scio meas rationes, qui certo is sum, ut sine gravi causa nihil essem petiturus a Vestra Sanctitate, quod praesertim alterius cuiusvis dignitati praeiudicet. Sed dum nunc apud Turcas essem ac publicum Christianitatis bonum non sine vitae etiam periculo promoverem, exortus est quidam hic Episcopus, qui me absente in subditos meos praeter omnem aequitatem brachium suum extendit. Ab hoc igitur eximi vellem per Vestram Sanctitatem et aliis Episcopis una cum subditis meis omnibus ad vitae meae tempora subiici per Vestram Sanctitatem.

Sunt item et alia quaedam, quae mihi sunt apud Vestram Sanctitatem expedienda, quae omnia Vestrae Sanctitati verbis meis exponet Reverendus Dominus Felix Narempienski,²⁾ Decanus Vladislaviensis, amicus et necessarius meus. Huic rogo, ut Vestra Sanctitas fidem adhibere in omnibus velit et petitionibus meis per illum proponendis benigne et clementer annuere, ipse vero quod reliquum erit, narrabit. Qui et ipse magnam ab eodem Episcopo patitur iniuriam una cum fratre suo, contra omnem iuris observationem, neque sine indignitate Vestrae Sanctitatis; id quod ex ipso totum facile Sanctitas Vestra intelliget. Cuius clementiae ac benignitati me et mea servicia summa qua possum observantia commendo. Cracoviae, XXI Novembris, anno 1541.

Vestrae Sanctitatis
servitor devotissimus
Hieronymus de Lasco, Palatinus
Siradiensis et Banus Croatiae.

In dorso: Sanctissimo Domino Nostro, Domino Paulo, Divina Providentia Papae Tertio, [etc.].

z) *Sic in ms.*

N. 9.

Petricoviae, 25.III.1542.

*Sebastianus [Branicki] episcopus Posnaniensis
Paulo III P.M.
de senatus et comitiorum iniusta oppositione in annatis Romam mittendis.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 9.*

Beatissime Pater, Domine Domine Clementissime.

Servitiis meis et devotis orationibus in gratiam Sanctitatis Vestrae diligentissime commendatis. Satisfaciendo, ut par est, iuramento meo Sanctitati Vestrae et Sacrosanctae Sedi Apostolicae Romanae prestito nolui Sanctitatem Vestram, Dominum Clementissimum, ea latere, id ut faciam me ultro debiti officii mei invitante, quae in Comiciis generalibus Regni huius Poloniae, per Serenissimum Regem nostrum indictis, Sua Regia Maiestate absente ac extra Regnum in magno Ducatu Lithuaniae agente, dum ea senatores et consilarii Regni seculares cum nuntiis terrarum Poloniae celebrarent consultaverintque, tum denique suam Maiestatem Regiam, missis ad Maiestatem suam nuntiis, rogaverint, ut iis illorum consultacionibus acquiescere dignaretur, nempe ne annatae hae, quae eo instituto, ut inde militibus stipendiariis collectis hostes christiani nominis arcerentur propulsarenturque, fuerunt constitutae, amplius Sanctae Sedi Romanae Ecclesiae applicentur et solvantur. Preterea iidem seculares senatores in eandem sententiam Nuntiis terrarum euntibus ac propositum urgentibus statuebant, nobis omnibus spiritualibus reclamantibus ac ne id fiat publice protestantibus, ut in posterum iam exnunc omnes appellationes ad Curiam Sanctitatis Vestrae cessent atque ea ratione iurisdictio Vestrae Sanctitatis, cum non mediocri certe ordinis ecclesiastici discrimine, infringeretur et amputaretur. Et tametsi nobis bona iniecta sit spes Serenissimam Maiestatem Regem seniore, tanquam principem pientissimum religionisque singularem patronum, iis statutis secularium iura et immunitates ecclesiasticas infringentibus eisdemque contravenientibus non adhesuram neque hos illorum conatus suum sortituros effectum, tamen si hac in parte apud Sanctitatem Vestram laboratum esset, humiliter supplico Sanctitati Vestrae dignetur clementer prospicere, ut in pristina qua usi sumus libertate iuriumque ecclesiasticorum norma integre conservemur. Quae universa sapientissimo iudicio Sanctitatis Vestrae discutienda relinquo, eaque omnia ut secretae fiant Vestram Sanctitatem, ne quod michi ^{z)} possit inde emergi negotium, obnixè rogo. Utinamque Dominus Deus Sanctitatem Vestram pro eius gloria et nominis amplitudine omniumque nostrum singulari consolacione diutissime servet sanam

et incolumem. Cuius Sanctitatis Vestrae gratiae me meaque servitia, una cum devotis orationibus humillime commendo tanquam Domino meo clementissimo. Datum Piotrcoviae, die XXV Marcii, anno Domini MDXLII.

u) Eiusdem Vestrae Sanctitatis Capellanus
et servitor humillimus

Sebastianus Episcopus ecclesiae Poznaniensis manu propria.v)

In dorso: Sanctissimo in Christo Patri, Domino, Domino Paulo, Divina Providentia Papae Tercio [etc.].

u).v) *Manu propria.*

N. 10.

Cracoviae, 21.X.1542.

*Baro [Otho] Truchsess
Alexandro Farnesio cardinali
de obsidione Paesti, de litteris secretarii reginae viduae Hungariae
Isabellae Jagellonicae.*

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 10.

Reverendissimo et Illustrissimo Monsignore, Signore et Patron mio Osservandissimo.

Questi giorni passati ho scritto a Vostra Reverendissima et Illustrissima Signoria circa il negotio dell'intimatione Consilii, ma perché adesso sono sopragionte male nove d'Ungaria, non ho potuto de non darne quello aviso che s'ha qui in Cracovia, benché per lo privato danno mio non lo posso, se non con grande dolore, scrivere.

Prima l'assediar Pesthe²⁾ non è stato fatto con tutti debiti modi et ordini quello che se ha conosciuto per effetto poi all'assaltar. Sono stati così frodi^{a)} et cattivi deportamenti che non se pol giudicar se non evidente ira de Dio, et il giorno sequente è stato uno battimento crudelissimo, non senza perdita de christiano et del mio proprio sangue, come per la presente copia Vostra Reverendissima Signoria conoscerà, et certo se io ho perso uno charissimo fratello, Vostra Reverendissima Signoria ha perso uno affetionatissimo et raro servitore, qual finita questa guerra m'haveva promesso de venir con mi basar la mano a Vostra Reverendissima et Illustrissima Signoria et ogni volta che Vostra Reverendissima Signoria avesse havuto bisogno de 5 overo 6 milia fanti volere servire (ma havendolo tolto Dio), il mio fratello più giovane et io, tanto quanto nostra vita durerà, lo suppliremo con vivi et veri effetti; de questo ne potrà far esperienza Vostra Reverendissima Signoria.

Mando poi una lettera a Vostra Reverendissima Signoria copiata, la qual ha scritto uno segretario della Regina Isabella, vidua d'Ungaria, nella quale Vostra Reverendissima Signoria vederà tutt'il stato suo et molte altre cose degne de esser intese.

In questo mezo io me raccomando a Reverendissima et Illustrissima Signoria et ben la supplico se degni de recordarse di me, suo svisceratissimo servitore, et me reservi qualche grado o nel concilio over in altri servitii de Sua Santità et Vostra Reverendissima Signoria. Et venendo qualche aviso de Allamagna non me dimentici.²⁾

Io me riverto a la bona volontà et gratia de Vostra Reverendissima et Illustrissima Signoria, alla quale baso la mano.

De Cracovia, alli 21 de ottobre 1542.

De vostra Reverendissima et Illustrissima Signoria
humile servitore Torchses Barone

In dorso: Allo Reverendissimo [etc.] Cardinal Fernese.

Alia manu: 42. Da Cracovia.

Del Baron Turcheses. Di 21 d'ottobre.

Risposta a 21 di novembre.

a) *Lectio incerta.*

z) *Sic in ms.*

N. 11.

Cracoviae, 25.XI.[1542.]

Jostus Decius

ad informationem cardinalis Alexandri Farnesii

de matrimonio inter [Sigismundum Augustum] regem Poloniae et Elisabetham [archiducissam], de quo regis Romanorum missus Georgius Szabko rem composuit.

Extract. ex exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 11.

Ex literis Iosti L. Decii, Secretarii Regis Poloniae, sub data 25 Novembris ex Cracovia.

Eadem die, qua hinc digressa est Illustrissima Domina, venit Serenissimi Romanorum Regis Orator, Magnificus Georgius Szabko, Baro Regni Bohemiae, Procancellarius et Regius Consiliarius (Legatio tota in causa matrimonii fuit). Abiit hinc 23 mensis huius, rebus foeliciter expeditis, nam eo res perductae sunt, quod nuptiis et coronationi sexta dies Maii 1. Dominica post Ascensionis Domini ineuntis anni tempus constitutum sit. Scripsit Serenissimus Rex Iunior sponsae suae literas illamque Reginam Poloniae, Magnam Ducem Lithuaniae salutavit. Addita nunc foelicis eventus spes est fore, ut turbines^{a)} longo iam tempore excitati aliquid resideant.

In dorso: Ex Cracovia 25 Novembris.

a) *In ms.* turbiones.

Cracoviae, 5.VII.1542.

*Sigismundus I rex Poloniae**Paulo III P.M.;**insurgit contra calumniatores, qui de discordia inter seipsum, filium suum [Sigismundum Augustum] ac reginam coniugem [Bonam Sfortiam] et primatem Poloniae [Petrum Gamrat] falsa malitiose spargunt.**Orig., sigil.**A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 12.*

Sanctissime et Beatissime Pater et Domine, Domine Clementissime. Studium et observantiam meam sedulam, et oscula pedum beatorum Sanctitati Vestrae reverenter inprimis defero.

Non sine acerbo animi sensu accepi esse quosdam homines meos, qui et famae suae prodigi et officii parum memores vane et impudenter nomini meo apud Sanctitatem Vestram primoresque Sacri Collegii obtrectent, asseverantes multa in hoc regno meo geri a Serenissimis filio et uxore mea, conspirante cum eis Reverendissimo Domino Archiepiscopo Gnesnensi, Primate regni, me quidem inscio prorsus, vel etiam frustra renitente. Equidem trigesimum sextum annum iam regno et iure hoc mihi sumo iusto, moderato clementique imperio, Divina benignitate fretum id me egisse et perfecisse, ut meos homines mei horumque temporum nondum poeniteat. Neque recte quisquam queratur aliquid iniuste, avare, improbe, crudeliter, irreligiose consulto a me factum aut commissum esse. Filium quoque unicum ita eductum et educatum habeo, ut is, cum propter indolem suam, tum propter patris gratiam, publico omnium ordinum hominumque consensu et fausta acclamatione, regio diademate puer admodum vivente me et inspectante coronaretur. Et tamen is, Deo sit gratia, adultus iam et sentiens qui sit quidve possit, non modo nihil sibi praeter voluntatem meam usurpat, sed ita me observat, colit et veneratur, ut vel latum unguem, non dico a monitis atque iussis, verum a nutibus meis discedere sibi nefas esse ducat. Neque aliter Serenissima Regina coniunx mea erga me sese gerit. Quam ego merito ipsius plurimum amo. Utriusque autem, tam filii quam uxoris desiderii et postulationibus libenter, quoad recte possum, obsecundo, multaque multis eorum rogatu non invitatus concedo, cum quod eos de obsequio illo suo multum amo, tum ut uberiores etiam hominum benevolentiam studiaque eis adiungam. Quibus quidem rebus longe magis quam quibusvis armis atque opibus regnum ipsorum munitum atque stabilitum fore iudico. Itaque et id, quot superiori tempore iidem aliquid suo quoque nomine adiici Reverendissimo Domino Archiepiscopo ad retinendum episcopatum Cracoviensem a Sanctitate Vestra petiverunt, non modo non nesciente me, verum etiam assentiente fecerunt. Neque vero fraus ulla, aut pactum aliquod turpe et quaestuosum in ea re inest, ut improbi quidam suspicantur calumnianturque, e suo fortassis aliorum ingenia metientes. Nihil ex eo prorsus compendii ad quempiam nostrum, hoc est, neque ad me, neque ad Serenissimum filium, neque ad Serenissimam coniugem meam derivatur. Sed sunt iustae et honestae causae, quae et illos ad petendum et me ad assentiendum eis inducunt, et Dominus Archiepiscopus non tam id concupivit, quam oblatum non

aspernatur. Neque vero parere cuiquam aut augere suspicionem: insciente me hoc vel aliquid quippiam agi: illud debuit, quod quibusdam literis meis ad Sanctitatem Vestram et ad Reverendissimum Dominum Cardinalem Sanctorum Quatuor, Protectorem regni mei, non ego ipse, ut solitus sum, sed Serenissimus filius meus rex manu sua subscripsit. Nam et quando sanus sum, soleo multis literas, non mea, sed cancellarii aut procancellarii manu subscriptas mittere.

At tunc, quando illae literae mittebantur, cum lecto affixus iacerem et articulorum dolore cruciarer, honoris causa feci, ut filius, rex iam et ipse, potius quam quisquam alius, literis illis subscriberet, quemadmodum et ad reges atque imperatores subscribit interdum. Quod quidem nulla lege ipsi interdictum est, ut vani homines comminisci ausi sunt. His aliquanto prolixius etiam satis facere Sanctitati Vestrae, et impudentem improborum et importunorum hominum calumniam retundere volui, cum primum e Lituania ad regnum hoc meum revertissem; propterea quod curae est mihi imprimis, ut existimationem meam, quam integram et incontaminatam hactenus, uti spero, apud sacrosanctam sedem istam apostolicam et ubique tutatus sum, deinceps etiam retineam ac de Serenissimis quoque filio et uxore mea nihil ipsorum dignitate alienum meque et genere meo indignum a Sanctitate Vestra existimari sinam. Quam ut Deus Optimus Maximus diutissime salvam, incolumem et felicem bono Reipublicae Christianae servet, sedulo precor. Cracovia V Iulii. Anno Domini MDXXXII.^{a)}

Eiusdem Sanctitatis Vestrae
obsequentissimus filius

^{u)} Sigismundus Rex Poloniae
manu propria.^{v)}

In dorso: Sanctissimo [etc.] Paulo III [etc.].

a) *Data incerta. Videtur potius MDXXXIV.*
Cfr. inferius doc. 13, 14, 15.

u)-v) *Manu propria.*

N. 13.

Cracoviae, 27.VI.1543.

Bona regina Poloniae

Paulo III P.M.;

litterae credentiales, Dominico di Conti Romam misso, datae.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 13.

Beatissime ac Santissime ^{z)} Pater, Domine Clementissime.

Per che il Reverendissimo Santi quattro haverà a referire alcune cose a Vostra Santità, quali gli havevo commesso, circa lo eseguito, per ordine et mandato di Vostra Santità, a nostra contemplatione, et per farci piacere, contra il Domenico di Conti. Pertanto la supplicamo si degni prestargli grata audienza, piena et indubitata fede a quanto da

nostra parte in cio gli referirà, come se noi personalmente gli parlassimo, offerendonegli²⁾ prontissima et ubidentissima a tutti suoi serviggi et piaceri. Di Cracovia, il 27 di giugno del 43.

u) De Vostra Beatitudine
humilis Sua Bona regina.v)

In dorso: Santissimo [etc.] Paulo Tertio, [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 14.

Cracoviae, 3.X.1544.

*Petrus [Gamrat] primas Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali
pro benevolentia expressa in litteris per Martinum Cromerum adlatis
gratias agit.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, fol. 14.

Reverendissime in Christo Pater et Illustrissime Domine, Patrone Colendissime. Observantiam et servitutum meam sedulam Dominationi Vestrae Reverendissimae et Illustrissimae reverenter inprimis defero.

Retulit mihi Venerabilis Martinus Cromerus, secretarius regius, litteras Reverendissimae et Illustrissimae Dominationis Vestrae deque singulari eius favore benevolentiaque erga me prolixè renunciavit et gratiam Sanctissimi Domini nostri mihi attulit, de qua a Serenissimis Principibus istuc missus fuerat. Quibus eam gratiam tam gratam accidisse, quam si quod luculentum beneficium in ipsos collatum esset, litteris ipsorum cognovi, et Reverendissima ac Illustrissima Dominatio Vestra, opinor, cognoscet. Eam vero ego Reverendissimae et Illustrissimae Dominationis Vestrae gratiae et patrocinio inprimis acceptam refero ingentesque ipsi gratias ago, et quoniam referendi facultatem apud me non invenio, totum me cum rebus et copiis meis ipsi (quod et ante per Cromerum feci) dico addico, Deumque precor, ut eam diutissime sospitet ac summis quibusque felicitatibus cumulet. Cracovia, V nonas Octobres, MDXLIII^{to}.

u) Eiusdem Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae Humilis Capellanus Petrus Archiepiscopus Gnez-nensis et Episcopus Cracoviensis ac Poloniae Primas.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio, [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 15.

Brześć, 26.IX.1544.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali;
de Petro Gamrat.*

Orig.

A.S. Parma, Cart. Farn., Pol. 119, f. 15.

Sigismun[dus Augus]tus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae [dominus et haeres], Reverendissimo in Christo Patri Domino Alexandro, miseratione divina Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Farnesio, Episcopo Hostiensi (etc.) salutem et foelicitatem.

Reverendissime in Christo pater, Amice charissime et honorande...^{a)} et Reverendissimo Domino Petro, Archiepiscopo Gnesnensi, Regni nostri Primati, quem...^{a)} Sanctissimi Domini Nostri gratias meritori summo studio ac observancia nostra...^{a)} Rem enim Sanctitas sua Serenissimo Regi Domino parenti nostro...^{b)} Regno nostro in hac temporum iniquitate dignam et necessariam concedere digna...^{a)}... bemus et Paternitati Vestrae Reverendissime gratias, quod hac in re impetranda non vulgarem operam et sollicitudinem adhibere minime gravata sit, cui per omnem occasionem favore nostro referre curabimus. Bene ac foeliciter valeat. Ex Brzescie, die 26 Septembris, MDXLIII.

^{u)} Sigismundus Augustus
Rex ^{b)} manu propria.^{v)}

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Cardinali Farnesio [etc.].

In dorso alia manu adscriptum: 1544. 26 settembre.

a) *Non legitur ob destructionem chartae.*

b) *Vivente Sigismundo I (cfr. doc. N. 12).*

u-v) *Manu propria.*

N. 16.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 16.

Omittitur, quia ibidem (119, f. 18) repetitum invenitur. Conf. infra doc. N. 18.

N. 17.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 17.

Omittitur, quia ibidem (119, f. 18) repetitum invenitur, Conf. infra doc. N. 18.

Romae, 8.IV.1545.

[*Cardinalis Alexander Farnesius*]
[*Sigismundo I*] *regi Poloniae*
pro oblato munere [protectoris Regni] gratias agit.
Concept. Adsunt alia concepta (N. 16 et N. 17).
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 18.

Serenissime atque Invictissime Rex.

Quo primum tempore quanta esset Maiestatis Vestrae humanitas, virtus, religio et erga Apostolicam Sedem observantia cognovi,^{a)} quae apud nos frequenti hominum sermone celebrantur, omnia mea studia atque officia ad illam deferenda statui omniaque sedulo agenda, quae ad^{b)} eius voluntatem^{c)} et^{d)} regni istius commoda pertinerent. Quare nunc vehementer sum laetatus id mihi munus, cuius partes ego iampridem mea sponte suscepissem, a Maiestate Vestra Senatoribusque regni istius tanto studio ac voluntate delatum esse, quod quidem mihi quam amplum sit, facile intelligo, ac plane perspicio nihil hoc tempore mihi gratius accidere potuisse, quam ut maximi Regis sapientissimique Senatus iudicio unus ex omnibus tanti regni patronus deligerer, ex quo sane factum est, ut quae antea studia et officia a iudicio meo voluntateque proficiscebantur, his iam ita me obstructum esse videam, ut sine insigni nota a me praetermitti nullo pacto possint. Quamobrem ita velim Maiestas Vestra sibi persuasum habeat, nihil unquam mihi maiori curae futurum, quam ut quibuscunque rebus possim, eius voluntati istiusque regni commodis inserviam ac magno quidem tum beneficio me affectum esse putabo, cum apud Sanctissimum Dominum Nostrum ulla in re quicquam mea illi opera profuerit.

Quod vero ad Dominum Ioannemandream,^{z)} Maiestatis Vestrae medicum, attinet, effeci, ut gratis et ex sententia expediretur. Reliqua quoque suo tempore curabuntur, sed haec malo ex aliorum sermone quam ex meis litteris intelligat. Interea vero me Maiestati Vestrae humillime commendo, quam Deus Optimus Maximus diu incolumem servet. Romae, VI Idus Aprilis MDXLV.

In dorso: Lettere di Polonia. Di aprile 1545.

a) *Verbum cognovi alia manu superscriptum, in cuius loco deleta sunt verba: caeteraque admirabiles ipsius laudes.*

b) *Praepositio ad alia manu superscripta in loco expunctae praepositionis: cum.*

c) *Post verbum voluntatem deletum verbum: congruerent.*

d) *Verbum et superscriptum alia manu et deleta verba: quaeque ad.*

z) *Sic in ms.*

Romae, 8.IV.1545.

*Ignotus praelatus [cardinalis Alexander Farnesius?]
ignoto praelato Polono [Petro Gamrat?]
gratias pro auguriis agit, rem sibi commissam expeditam esse nuntiat.
Concept.*

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 19.

Reverende Domine tanquam frater.

Duabus tuis epistolis *) his meis literis respondebo; alteri, qua mihi summa cum testificatione tuae erga me voluntatis de nobilissimi istius regni patrocínio gratularis, in quo quidem agnovi operam atque officium tuum, alteri, qua mihi Reverendum Dominum Ioannemandream ²⁾ studiose diligenterque commendas, cuius quidem beneficium, ut ex sententia expeditur, curavi, atque id quidem libenter feci cum ipsius causa, tum vero tantorum Regum adductus commendatione, qui facile ex his animi nostri argumentis in dies magis ac magis et propensam Sanctissimi Domini Nostri erga se voluntatem, et singulare meum studium atque observantiam cognoscent, enitarque pro viribus, ne illos unquam iudicii de me sui peniteat. Quod vero ad negocia tua attinet, malo te ex ³⁾ Philippi nostri, cuius et fides et industria mihi vehementer probatur, ⁴⁾ quam ex meis literis intelligere; illud tamen tibi persuadeas velim me omnia tua tuorumque ^{c)} causa studiose diligenterque facturum. Vale. Romae. VI. Idus Aprilis. MDXLV.

Rutilio Arb^{no}
Hieronymus Montaguto
Contibrunaro
M. Gio: Battista Paluzo.^{d)}

a)-b) Haec verba in margine alia manu adscripta quae sequitur verbum: aliorum, probabiliter expungendum.

c) Verbum tuorumque alia manu adscriptum.
d) Quae subscriptiones non nisi in parte legi possunt (forsitan a secretariis positae).

*) Cfr. doc. N. 14 et N. 18.

Cracoviae, 6.III.1545.

*Sigismundus I rex Poloniae per manus Samuelis [Maciejowski] vice-cancellarii
Alexandro Farnesio cardinali;
rogat, ut beneficia sacerdotalia in Polonia, etiam temporibus Sanctae
Sedi reservatis, ordinarii conferre possint.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 20.

Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae, Supremus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. Dominus et heres. Reverendissimo [etc.] Alexandro Cardinali Farnesio [etc.] Regni nostri Protectori [etc.] Salutem plurimam et omnis boni continuum incrementum.

Reverendissime in Christo Pater et Domine, Amice charissime et honorande. Mittimus Reverendissime ²⁾ Paternitati Vestrae ordinationem quandam per nos factam de sacerdotiis, quae ab externis quondam regularibus, qui iam ab Ecclesia Catholica desciverunt, conferri solebant. Atque a Reverendissima Paternitate Vestra petimus, ut quod non alia de causa, quam propter propulsandas a Regno nostro haereses, a nobis institutum est, id autoritate Sedis Apostolicae curet isthic confirmandum. Illud a Reverendissima Paternitate Vestra petimus, ut Reverendo in Christo Patri Domino Nicolao, Wladislaviensi Episcopo, facultatem impetrare velit, etiam in Pontificiis mensibus, in diocesi ²⁾ sua quae sunt sacerdotia omnia viris idoneis conferendi. Nam in ista temporum perturbatione eorum, qui ad ecclesias recipiuntur, fieri delectum oportet. Qui facilius adhiberi potest a loci ordinariis Episcopis, quam ubi qualis quisque sit, cognosci non potest. Cupimus Reverendissimam Paternitatem Vestram diu esse foelicem et incolumem. Datae Cracoviae, VI Martii, anno Domini MDXLV, Regni nostri anno XXXIX.

u) Ex commissione Serenissimi Regis Poloniae
Samuel Episcopus Plocensis
et Vicecancellarius subscripsit.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio, [etc.], regni nostri Protectori [etc.].

Alia manu: Al...^{a)} S. Giorgio.

a) Non legitur.

u)-v) *Manu propria episcopi Plocensis.*

z) *Sic in ms.*

N. 21.

Cracoviae, 23.IV.1545.

*Petrus [Gamrat] primas Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali;
rogat, ut responsum de acceptatione protectionis sibi mittatur.
Orig., sigil. ex parte laceratum.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 21.*

Reverendissime in Christo Pater et Illustrissime.

Domine, [Domine Colen]dissime. Observantiam et servitatem m[eam obsequentis]simam Reverendissimae et Illustrissimae Dominationi Vestrae reverenter [in primis] defero. Mensibus aliquot praete[ritis] scripsi Reverendissimae et Illustrissimae Dominationi Vestrae semel de desi[gnata], iterum de delata ipsi a Serenissimis Principibus meis, [me] quidem id contendente, protectione huius regni. Sed hactenus nihil ab ea responsi accepi. Itaque nihil habeo dicere percontantibus illis, gratum-ne id sit munus Reverendissimae et Illustrissimae Dominationi Vestrae. Dum autem id exspecto, nihil est interim de quo mihi magnopere

ad ipsam scribendum esse putem. Nihil tamen scribere ei, a quo permagnis affectus et ornatus essem beneficiis, non potui, cum esset qui recte perferre posset. Quod restat, cupio, ut me Reverendissima et Illustrissima Dominatio Vestra Sanctissimo Domino Nostro, ut fecit adhuc, de meliore nota commendet. Quodsi intelligam, in quo Sanctitati eius, iuxta ac Reverendissimae et Illustrissimae Dominationi Vestrae, nepoti eius dulcissimo, gratum facere possim, in magni beneficii loco habuero probare ambobus studium et obsequium meum. Deum autem precor, ut Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem Vestram ac illius Sanctitatem quam diutissime sospitet omnique felicitate cumulet. Cracoviae, XXIII Aprilis MDXLV¹⁰.

Vestrae Reverendissimae et Illustrissimae Dominationis
u) Humilis Capellanus et servitor Petrus Archiepiscopus Gneznensis et Episcopus Cracoviensis, Poloniae Primas v) propria manu.

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Fernesio, [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 22.

Clarae Tumbae, 26.II.1545.

*Martinus Cromerus
Bernardino Maffeo
negotia aliqua commendat, amicitiam confirmat.*

Orig.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 22.

Martinus Cromerus Bernardino Maffaeo.

Ego hic tibi amicos paro, et quidem non de vulgo. De aliis alias. Nunc Episcopus Wladislaviensis voluit a me tibi negocia sua, et per te Reverendissimo Fernesio, commendari. Tu scies, quantum commendationi meae, quantum ipsius de te conconceptae fiduciae tribuas. Quod si huc cum legato Fernesio venis,²⁾ videbimus nos fortassis et iucunde inter nos fabulabimur. Nunc tu Reverendissimis Ardingallo et Duranti dignitatem istam purpurarum verbis meis gratulare. Tibi autem an episcopatum gratuler, fac sciam. Haec ex itinere raptim, ut vides. Mogilae, 26 Februarii 1545.

Tuus Martinus Cromerus

In dorso: Reverendo Domino Bernardino Maffaeo, Secretario Reverendissimi Cardinalis Fernesii, [etc.].

z) *Sic in ms.*

N. 23.

Cracoviae, 3.X.1545.

Bona regina Poloniae

Paulo III P.M.;

rogat, ut nomine proprio et regis Iacobo Pontificio^{a)} medico canonicatum Cracoviensem conferat.

Orig.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 23.

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater et Domine Clementissime, post osculum beatorum pedum studia et obsequia mea Sanctitati Vestrae reverenter in primis defero.

Peto a Sanctitate Vestra una cum Serenissimo Rege, domino et coniuge meo clementissimo, ut canonicatum Cracoviensem, morte Pauli Crassowski ex hesterno die vacantem, Venerabili Iacobo Pontificio, medico nostro communi et insigni astrologo conferat, quandoquidem vacat nunc sedes haec episcopalis, ad quam provisio huius ipsius canonicatus iure pertinet. Confido Sanctitatem Vestram tali tamque observanti Sedis Apostolicae principi et mihi, coniugi eius, simul libenter in hoc gratificaturam esse, nullo suo incommodo. Quo ambos nos sibi magis etiam devinciet. Quam ut Deus Optimus Maximus diutissime nobis sospitet, precor. Cracoviae, III Octobris, MDXLV^o.

^{u)} Eiusdem Beatitudinis Vestrae
obsequentissima filia Bona regina.^{v)}

In dorso: Sanctissimo [etc.] Paulo eius nominis Tertio [etc.].

Alia manu subscriptum: Regina. De canonicatu Cracoviensi vacante per obitum Pauli Crassowski pro Iacobo Pontificio, Medico.

^{a)} alias *Biskupski*.

^{u)-v)} *Manu propria*.

N. 24.

Cracoviae, 20.V.1545.

Petrus [Gamrat] primas Poloniae

Alexandro Farnesio cardinali;

rogat, ut Ioannes Wiciński (?) ad familiam eiusdem cardinalis adscribatur.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 24.

Reverendissime in Christo Pater et Illustrissime Princeps, Domine, Patrone Colendissime. Studium et observantiam meam sedulam Reverendissime²⁾ et Illustrissime²⁾ Dominationi Vestre²⁾ reverenter in primis defero.

Ioannes Vitinski iuvenis est apud nos honesto loco natus, quem ego cum patrum ipsius causa, cum quo dum vixit intima mihi fuit consuetudo, tum eius indolis et probitatis ergo diligo, et adiutum ornatumque iri cupio. Is ingenii sui excolendi gratia complures iam annos istic, in Romana curia, partim honestis studiis incubuit, partim in ministerio Reverendissimi olim Cardinalis Antonii Puecii fuit. Eo defuncto, in clientela et familiaritate Reverendissime et Illustrissime Dominationis Vestrae cupit esse, meo quidem consilio et voluntate. Quocirca peto a Reverendissima et Illustrissima Dominatione Vestra, ut eum in album suorum familiarium adscriptum favore et gratia sua complectatur. In quo non modo mihi gratificabitur, verumetiam multorum hic sibi animos devinciet. Geret se, uti spero, recte et cum laude in aula Reverendissime et Illustrissime Dominationis vestrae. Decet autem aulam protectoris Poloniae Polonis non omnino esse vacuum. Quod restat, Deum precor, ut Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem Vestram diu servet felicissimam. Cracoviae, XX Maii, MDXLV^{to}.

Eiusdem Reverendissime et Illustrissime Dominationis Vestrae
u) Humilis Capellanus et servitor Petrus, Archiepiscopus
Gneznensis et Episcopus Cracoviensis, Poloniae Primas
propria manu.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.], Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 25.

Cracoviae, 20.X.1545.

*Bona regina Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali;
Bernardinum Motta mittit et accreditat.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 25.*

Illustrissime et Reverendissime Domine, Amice noster charissime.

Scrivemo alcune cose al Reverendo Bernardino Motta, nostro agente, le quali da nostra parte deve far intendere et sapere a Vostra Signoria. La pregamo res[ta]r^{a)} contenta prestarli grata udienza et fede; come si noi le parlassimo, alli cui relati rimmettendone, Iddio nostro Signor la conservi, prosperi et essalti, come più felicemente desidera. Da Cracovia, il di XX di ottobre del XLV.

u) De Vostra Signoria como
Sorella Bona regina.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro [etc.] Farnesio [etc.].

a) *Charta lacerata, lectio incerta.*

u)-v) *Manu propria.*

N. 26.

Cracoviae, 15.X.1545.

Bona regina Poloniae

Paulo III P.M.;

de felici partu ducissae Camerini [Octavii Farnesii uxoris] congratulatur.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 26.

Sanctissime ac Beatissime Pater et Domine, Domine Clementissime. Post humilem mei commendationem et oscula pedum beatorum.

Cuando m'è pervenuto l'avisio che l'Illustrissima Signora Duchessa di Camerino, sua nepote, ha con suo felice parto partorito due figliuoli maschi ben formati et sani, non ho potuto non contenermi d'allegrarmi con tutto 'l cuore con Vostra Santità, si per l'allegrezza et contentamento ch'ella ha preso del nascimento d'essi per la grandezza di sua casa, come per l'osservanza d'ubbidienza che le porto, come più lungamente intenderà dal Reverendissimo et Illustrissimo Cardinale Farnese, suo nepote et Protettore di questo Regno; nè altro occorrendome mi raccomandando humilmente alla solita beneditione di Vostra Santità, qual Iddio nostro Signor conservi in lunga vita, prosperi et felicitati, come più desidera. Da Cracovia, il di XV d'ottobre del XLV.

u) De Vostra Santità
obediante Sua et filia
Bona regina.v)

In dorso: Sanctissimo [etc.] Paulo III [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 27.

Cracoviae, 10.XI.1545.

Sigismundus I rex Poloniae

Paulo III P.M.;

de decessu Petri [Gamrat] archiepiscopi Gnesnensis et episcopi Cracoviensis et de nominatione a se facta Samuelis [Maciejowski] in episcopum Cracoviensem, pro qua confirmationem petit.

Orig., sigil., membr.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 27.

Beatissime Pater et Domine, Domine Clementissime. Post oscula pedum beatorum, meique Regni et dominiorum meorum commendacionem.

Tercius iam mensis agitur, cum excessit ex hac vita Reverendissimus Dominus Petrus, Archiepiscopus Gnesnensis et Episcopus Cracoviensis. Quoniam vero per multum referre intelligebam, quem in demortui locum

Cracoviensem Episcopum nominarem, his perturbatissimis presertim temporibus, quibus maiore cura et diligencia de idoneis Ecclesiae pastoribus provideri oportet, in hoc maxime tam illustri loco, in quem undique, non e Regno modo meo, verumeciam ex aliis orbis partibus plurimi confluunt, eciam atque eciam cui provinciam hanc mandarem, deliberavi. Cumque diligenter omnes circumspicerem, nemo occurrebat, cuius spectacior et probacior esset virtus, quam Reverendi in Christo Patris Domini Samuelis, Episcopi Plocensis et Regni mei Procancellarii. Qui ad generis claritatem eam adiunxit morum nobilitatem, vix ut quisquam statuere queat: suis-ne an maiorum suorum virtutibus sit illustrior. Huc accessit ingenium omni liberali doctrina excultum et expoliturum; accesserunt dotes illae omnes, quas Episcopi dignitas requirere videtur. Complures annos in comitatu meo versatus ita se probavit, ut neque charior quisquam fuerit omnibus neque cum domi tum foris laudacior. De cuius itaque praeclaris virtutibus tam constans esset omnium fama, cum in optimam partem nobis familiariter notum, non sine quadam animi mei singulari voluptate, eius civitatis Episcopum renunciavi, in qua regia mea est. Sanctitati Vestrae supplico, ut Apostolica sua autoritate renunciacionem²⁾ hanc meam approbare dignetur. Quoniam vero cuius rei nominato huic meo primam fore curam non dubito, ad constituendam Rempublicam Ecclesiasticam non parum interest quos habeat Episcopos, ecclesiarum quibus praeest ministros, quorum alii oculi, alii aures, omnes quidem membra Episcopi esse videntur. Illud una Sanctitati Vestrae supplico, ut de membris istis suo quoque loco collocandis plenam statuendi potestatem Nominato huic meo permittat, quo possit ille eciam in mensibus Sanctitatis Vestrae viris idoneis iudicio suo sacerdocia conferre. Cum quae vita cuiusque sit, qui mores, quae dignitas, melius ibi, ubi natus quisque et educatus est, quam alibi iudicium fieri possit. Hanc autem potestatem ita ei concedi in diocesi Cracoviensi peto, ut salva sit nihilominus et illa, quae non ita pridem concessa ei est in diocesi Plocensi. Quin et hoc opere precium esse duco, ut autoritatem illi suam Sanctitas Vestra imparciat,²⁾ qua possit viris aliquibus doctis ad convincendos haereticorum nostri temporis errores scripta eorum legendi, atque ad Ecclesiae gremium redeuntes benigne suscipiendi et a vinculo excommunicationis absolvendi facultatem dare. Quae cum omnia ad stabiliendas Ecclesiae rationes et sanam illius doctrinam tuendam et amplificandam dubium non sit pertinere, in certam spem venio facturam Sanctitatem Vestram, ut iis meis tam iustis petitionibus locum det. Cum aliud nihil quam Ecclesiae spectem commodum, cui in hac mea affecta aetate summoque illius et difficillimo tempore pro virili mea consultum cupio. Commendo me in gratiam Sanctitatis Vestrae, quam ut Deus servet diu incolumem, praecor.²⁾ Datum Cracoviae, die decima Novembris Anno Domini MDXLV¹⁰.

Obsequens filius Sanctitatis Vestrae

u) Sigismundus Rex Poloniae manu propria.v)

In dorso: Sanctissimo [etc.] Paulo [etc.] Papae tercio [etc.]

Alia manu: Cracoviensis.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

*Cardinalis Alexander Farnesius
Bonae reginae Poloniae;
de negotiis archidiacono Vilnensi concreditus a regina commendatis.
Concept., lectu diff.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 28.*

Redeunti ^{z)} istuc ^{a)} Archidiacono Vilnensi, quem mihi Maiestas Vestra studiose diligenterque ^{b)} commendaverat, nolui eum sine meis litteris proficisci, quae meum erga illam ^{c)} studium atque observantiam declararent, ^{d)} nam quod ad Archidiaconi negocia attinet, ^{e)} malo Maiestas Vestra ex eius sermone quam ex meis litteris cognoscat, quo studio curaverim, ut ex ^{f)} eius sententia, si non omnino, magna tum ex parte expedirentur; ^{g)} ita ut plane intellexerit quanta ^{h)} commendationis Maiestatis Vestrae ratio, ^{f)} uti par ^{g)} est, in urbe habeatur. Reliqua ex eodem Archidiacono cognoscat, ⁱ⁾ quae velim sibi ^{j)} persuadeat me in summi beneficii loco habiturum, cum Maiestas Vestras mea in suis et suorum negociis opera utetur, quod ut quam saepissime faciat, vehementer rogo.

In marg. alia manu: Reginae Polloniae.

In dorso: 46. Reginae Poloniae, 2. Ianuarii.

Item in dorso: Quanto che dicano.

Sequuntur aliqua signa cryptographica.

- | | |
|---|--|
| a) <i>Adverbium istuc superscriptum et in eius loco expuncta sunt verba: ad Maiestatem Vestram.</i> | f)-g) <i>In margine.</i> |
| b) <i>Hic expuncta sunt verba: per litteras.</i> | h) <i>Sequuntur haec verba expuncta: eius personae, quae illi a Maiestate Vestra atque a Serenissimo Rege imposita erat ratio, uti par erat, habita sit.</i> |
| c) <i>Pronomen illam loco expunctorum verborum: Maiestatem Vestram.</i> | i) <i>Duo verba ob plures expunctiones non leguntur.</i> |
| d) <i>Verbum declararent superscriptum loco expuncti testarentur.</i> | j) <i>Sequuntur expuncta verba: Maiestas Vestra.</i> |
| e) <i>Verba, quae sequuntur, superscripta sunt pro expunctis: non dubito, quin ipse diligenter referat.</i> | z) <i>Sic in ms.</i> |

*Cardinalis Alexander Farnesius
Sigismundo Augusto regi Poloniae;
matrimonium Stanislai Kieźgajło cum Sophia Chodkiewicz ratum a
Sancta Sede recognoscitur.
Concept.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 29.*

Quod Maiestas Vestra a Sanctissimo Domino Nostro per litteras petiit mihi que studiose commendavit, ut matrimonium inter Magnificum

Stanislaum Kiesgal et nobilem virginem Zophiam Choczleievcicz ratum firmumque Sanctitatis Suae auctoritate et gratia haberetur, curavi, ut quamprimum ex eius sententia expediretur, quod quidem Sua Sanctitas in gratiam Maiestatis Vestrae libenter fecit; quam cum in dies magis ac magis intelligat catholicae religionis patrociniū suscipere et maiorum suorum vestigiis insistere, vehementer quidem laetatur, mihiq̄ue mandavit, ut illi per litteras eius nomine gratularer, quod quidem eo libentius facio, quod videam id omne ad eximiam Maiestatis Vestrae laudem et gloriam redundare, propterea quod quasi clarissimum quoddam religionis et pietatis lumen in istis partibus eluceat. Valeat Maiestas Vestra feliciter. Romae, die...^{a)} Januarii, MDXLVI.

Maiestatis Vestrae.

In reversa paginae parte: Regi iuniori Poloniae.

a) *Hic spatium album.*

N. 30.

Cracoviae, 23.VIII.1546.

*Sigismundus I rex Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali;
per manus Samuelis [Maciejowski] vicecancellarii rogat, ut annatae
Andreae Noskowski episcopi Plocensis, nuper nominato, condonentur.*

Orig., sigil. vest.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 30.

Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae, Supremus dux Lithuaniae, [etc.] Alexandro de Farnesio [etc.] Cardinali [etc.] Regni nostri Protectori [etc.], salutem et omnis foelicitatis continuum incrementum.

Reverendissime in Christo Pater, Domine, Amice Charissime et Honorande.

Nominavimus Sanctissimo Domino nostro in demortui nuper Plocensis Episcopi locum Venerabilem Andream Noskowski, virum probum et industrium inque agendis rebus multum versatum. Quem etiam et negotia eius Reverendissimae Dominationi Vestrae commendamus. Et quoniam ille, qui nuper est demortuus, non amplius quam duos menses Ecclesiae Plocensi prefuit,⁷⁾ haud aequum ac neque ferendum esset, si ab hoc, quem nunc in ipsius nominavimus locum, aliquid annatae nomine peteretur. Quare Dominationem Vestram Reverendissimam rogamus, praesto sit ei auctoritate et patrociniū suo, si quid preter ²⁾ usitatem, eumque tolerabilem literarum sumptum extorquere isthic ab eo officiales volent, nam ut solvat ullam annatae [summam], cogi non debet, neque enim id citra offensionem saecularium in Regno no[stro...^{a)} ess]et. Quoniam vero propter affectam valetudinem nostram ipsi literis...^{a)} non possumus, Serenissimae Dominae Bonae Reginae, coniugi nostrae...^{a)} dedimus negotium, ut suis ipsa literis Reverendissimae Dominationi

Vestrae voluntatem nos[tram] perscriberet. Cupimus Reverendissimam Dominationem Vestram foeliciter valere. Datum Cracoviae, XXIII Augusti, Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, Regni vero nostri XL^o.

^{u)} Ex Commissione Maiestatis Regis propria Samuel, Episcopus Cracoviensis et Regni Poloniae Vicecancellarius.^{v)}

In dorso: Reverendissimo [etc.] Domino Alexandro de Farnesio, [etc.].

a) *Hic lacuna.*

u)-v) *Manu propria episcopi Cracoviensis.*

z) *Sic in ms.*

N. 31.

Cracoviae, 15.III.1546.

*Sigismundus I rex Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali;
per manus Samuelis [Maciejowski] vicecancellarii causam Laurentii
sacerdotis commendat.*

Orig., sig. vest.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 31.

Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae, Supremus Dux Lithuaniae [etc.] Alexandro de Farnesio [etc.] cardinali [etc.] Regni nostri Protectori salutem et omnis boni incrementum.

Reverendissime in Christo Pater, Domine, Amice charissime. Supplicavit nobis sacerdos hic Laurentius, ut ipsum causamque ipsius Reverendissimae Dominationi Vestrae commendaremus, quem ut commendatum habere velit, a Reverendissima Dominatione Vestra petimus. Cupimus Reverendissimam Dominationem vestram diu foeliciterque valere. Datum Cracoviae, XV die Mensis Martii. Anno Domini MDXLVI, Regni vero nostri Anno XXXX.

^{u)} Ex Commissione Maiestatis Regis propria
Samuel Episcopus Plocensis
Electus Cracoviensis et Vicecancellarius.^{v)}

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro de Farnesio [etc.].

Infra: Episcopus Cracoviensis XXV ^{z)} Martii.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

Cracoviae, 21.XII.1546.

Sigismundus I rex Poloniae

Alexandro Farnesio cardinali, vel, in absentia, cardinali Sfondrato, vice-protectori Poloniae, per manus Thomae Sobocki cancellarii; rogat, ne Andreas Noskowski, episcopus Plocensis, sumptibus pro bulla gravetur.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 32.

Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae Supremus Dux Lithuaniae [etc.] Alexandro de Farnesio [etc.] Regni nostri Protectori [etc.] salutem et foelicitatem.

Reverendissime in Christo Pater, Domine, Amice charissime et honorande. Scribimus Sanctissimo Domino nostro, Sanctitatem illius diligenter rogantes, ne in expeditione Bullarum nimiis sumptibus gravaretur Reverendus Dominus Andreas Noskowski, iam confirmatus Episcopus Plocensis, qui alioquin et in solvenda Serenissimo Regi filio nostro annata per eius Sanctitatem donata, et in expediendis literis Brevium adipiscendae possessionis ingentes sumptus fecit. Quare hoc ipsum negotium quoque Reverendissimae Dominationi Vestrae commendamus rogantes, efficere velit, ut in hac parte Sanctitas sua aequis et iustis nostris petitionibus respondere velit. Factura Reverendissima Vestra Paternitas rem se dignam, huic moderno turbulento rerum omnium tempori congruam, nobis vero gratissimam. Cupimus Reverendissimam Dominationem Vestram optime et foeliciter valere. Datae Cracoviae, XXI Decembris, anno Domini MDXLVI, Regni nostri XL.

Ex commissione Sacrae Maiestatis Regiae propria

u) Thomas de Sobotga Regni Poloniae Cancellarius Supremus.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro de Farnesio, [etc.] Regni nostri Protectori [etc.]. In absentia Reverendissimo Domino Cardinali Sfondrato, Viceprotectori.

u)-v) *Manu propria cancellarii.*

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 33.

Omittitur, quoniam ad res Polonicas non pertinet.

Cracoviae, 17.IX.1546.

*Sigismundus I rex Poloniae**Paulo III P.M.**per manus Samuelis [Maciejowski], vicecancellarii, Simonem a Calissia ad munus poenitentiarii minoris praesentat.**Orig., sigil. vest.**A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 34.*

Beatissime Pater et Domine, Domine Clementissime. Post oscula pedum beatorum meique Regni et dominiorum meorum commendationem.

Vacat isthic iam pridem offitium ²⁾ poenitentiarii minoris Regni mei. Quoniam vero tanquam idoneus ad id munus mihi commendatus est Venerabilis Simon a Calissz, Decretorum Doctor, Sanctitati Vestrae supplico, ut ei mandare id dignetur, quo ne diutius Regnum meum Poenitentiario careat. Commendo me in gratiam Sanctitatis Vestrae. Quam ut Dominus Deus servet diutissime incolumem, precor. Datum Cracoviae, die decima septima mensis Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, Regni et dominiorum meorum anno quadragesimo.

¹⁾ Ex commissione Maiestatis Regiae propria Samuel, Episcopus Cracoviensis et Vicecancellarius subscripsit.^{v)}

In dorso: Sanctissimo etc. Domino Paulo, Divina providentia Papae Tercio etc.

u)-v) *Manu propria episcopi Cracoviensis [Samuelis Maciejowski].*

z) *Sic in ms.*

Vratislaviae, 26.IV.1546.

*Ferdinandus I rex Romanorum**Alexandro Farnesio cardinali;**contra eos, qui ius ad beneficia conferenda Samueli [Maciejowski], episcopo Cracoviensi, negant.**Orig., sigil.**A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 35.*

Ferdinandus, Divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Scлавoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc., Marchio Moraviae etc., Comes Tirolis etc., Reverendissimo [etc.] Alexandro [etc.] de Farnesio [etc.] salutem et benevolentiae nostrae affectum.

Reverendissime in Christo Pater, Amice charissime. Cum audiamus Reverendum devotum, syncere nobis dilectum Samuelem, Episcopum Cracoviensem, Regni Poloniae Vicecancellarium, habere in Urbe ista Roma quosdam adversarios, qui apud Sanctissimum Dominum Nostrum

et Sanctam istam Sedem Apostolicam ei quaedam sacerdotia Iuris sui, quorum scilicet collatio et omnimoda dispositio semper ad ipsius Praecessores Episcopos Cracovienses pertinuerit, et nunc quoque ad ipsum Samuelem tanquam modernum eiusdem Ecclesiae Episcopum pertineat, praeter omnem aequitatem eripere et auferre magno studio conentur, nos vero eius prudentiam, doctrinam atque agendis rebus probitatem cum summa erga Sanctissimum Dominum Nostrum et Sanctam Sedem Apostolicam observantia coniunctam ita cognitam perspectamque habeamus, ut dignissimum illum iudicemus, cui non solum antiquum illud ius suum non adimatur, verum ut amplioribus potius donis et gratiis ornetur. Idcirco nos nihil aequae cupientes quam eidem Episcopo Cracoviensi, tum propter huiusmodi egregias et praeclaras ipsius virtutes, tum plurima maximaque de nobis et de Serenissima quondam Regina Elisabeta, filia nostra charissima, benemerita, favore, gratia et autoritate nostra omni tempore adesse, Dominationem Vestram Reverendissimam etiam atque etiam vehementer hortamur et rogamus velit pro sua erga nos benevolentia atque ea autoritate, qua apud Sanctissimum Dominum Nostrum merito pollet, memoratum Episcopum Cracoviensem, quem sane unice charum habemus, ita adiutum et commendatum habere, ut nihil in praeiudicium iuris sui eius adversarii obtineant, sed ut illud ei salvum et integrum conservetur manuteneaturque, sicuti Dominationem Vestram Reverendissimam rogatu nostro libentissime facturam esse confidimus. Id, quod nos erga eandem omni benevolentia nostra ita compensare studebimus ac si in causa nostra propria huiusmodi benevolentiae suae erga nos studium Dominatio Vestra Reverendissima praestitisset. Quam, quod reliquum est, foeliciter valere optamus. Datum in Civitate nostra Wratislavia, die XXVI mensis Aprilis, anno Domini MDXLVI, Regnorum nostrorum Romani XVI, aliorum vero XX.

u) Ferdinandus v)
Ioannes Iordanus.

In margine sinistro infra: J. Jonas D. Vicecancellarius.

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro [etc.] de Farnesio.

u)-v) *Manu propria.*

N. 36.

Cracoviae, 5.IV.1547.

Samuel [Maciejowski]
Alexandro Farnesio cardinali;
pro archidiacono Bartholomaeo Gantkowski, qui iniuste suspicitur aliqua
contra S. Sedem fecisse Petro [Gamrat] primate, ne ad tribunal
Romam vocetur.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 36.

Reverendissime atque Illustrissime Princeps et Domine, Domine
Clementissime.

Humilem perpetuae servitutis et orationum mearum in gratiam Reverendissimae atque Illustrissimae Dominationis Vestrae commendationem. Graviter apud me questus est Venerabilis Dominus Bartolomeus Gantkowski, Archidiaconus Ecclesiae meae Cracoviensis, per Scipionem quandam nomen isthic suum esse delatum, quod et dixerit et fecerit nonnulla, dum Cancellarium ageret Reverendissimi Domini Petri Archiepiscopi Gnesnensis, antecessoris in hac ecclesia mei, quae Sanctae Sedis Apostolicae auctoritati derogare visa sint, atque hac de causa diem istic sibi dictum esse, ad quem coram ipse sisteretse,^{z)} neque per procuratorem eum obire liceret. Ego vivente Reverendissimo Domino Petro uno atque altero anno in hac Civitate, quae Regni quasi caput est, commoratus, nihil de eo audire eiusmodi me memini, quum^{v)} potius visus est ipse mihi, si quisquam alius, Sanctae Sedis istius observantissimus, ita ut eum omnino falso criminis huius insimulatum esse putem. Quod ipse proculdubio facile isthic diceret.^{a)} Sed cum eo morbo impeditus sit, per quem in viam tam longam ei se dare sine certo vitae periculo non licet, a Reverendissima Dominatione Vestra peto efficere dignetur, ut aut per procuratorem purgandi se potestas isthic ei fiat,^{a)} aut hic iudices aliqui delegentur, qui causa, quomodo se habet, cognita, quod iuris fuerit, decernant, vel isthuc rem omnem perscribant, ut quod iuris ratio postulerit, isthic statuatur. Rem fecerit Reverendissima Dominatio Vestra cum primis mihi gratam, atque omni servitutis et officii mei genere offitium^{z)} hoc illius compensare studebo. Commendo iterum atque iterum me in gratiam Reverendissimae Dominationis Vestrae. Quam ut Deus Optimus Maximus diutissime servet incolumem, precor. Datum Cracoviae, V Aprilis, Anno Domini MDXLVII.

^{u)} Vestrae Reverendissimae et Illustrissimae
Dominationis humilis [se]rvus et Ca[pe]lla[nus]
Samuel Episcopus Cracoviensis
et Vice Cancellarius subscripsit.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro de Fernesio, [etc.] Regni Poloniae Protectori.

a) Ob chartae lacerationem viz legitur.
z) Sic in ms.

N. 37.

Cracoviae, 18.IV.1547.

Samuel [Maciejowski]
Alexandro Farnesio cardinali;
de lite inter canonicos Albertum Starożrebski et Albertum Siemikowski
[Siemichowski] in tribunali Romano iudicanda.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 37.

Reverendissime ac Illustrissime in Christo Pater et Domine, Domine Clementissime.

Commendata perpetua servitute mea in gratiam Reverendissimae et Illustrissimae Dominationis Vestrae. Albertus hic Starosrzebski, Gnes-

nensis et Plocensis Canonicus, meus familiaris atque idem ille regius est secretarius. Ei lis est de Gnesnensi canonicatu cum Alberto Syemkowski, qui cum et ipse in familiaribus meis nomen profiteatur suum, me arbitro litem hanc disceptari et eam sopiri velle esse^{z)} dicebat, quod neque alter ille visus est recusare. Sed qui factum sit nescio, ut Romae potius experiri, quam quod receperat me arbitro de causa transigi vellet. Itaque coactus est hic illum sequi. Quem Reverendissimae et Illustrissimae Dominationi Vestrae, cum sit pacis amantior, diligenter commendo. Et quoniam uterque familiaris meus dici vult, peto ab illa, ut ne gravetur auctoritatem suam interponere, quo amice potius inter se transigant, quam lites sequantur. Cum utrumque sibi Reverendissima et Illustrissima Dominatio Vestra devinxerit, tum mihi quoque gratissimum fecerit. Cuius gratiae me et meam servitutem iterum atque iterum commendo ac Deum precor, ut illam quamdiutissime servet sanam et incolumem et omni foelicitatis genere cumulet. Datum Cracoviae, XVIII Aprilis, anno Domini MDXLVII.

u) Vestrae Reverendissimae et Illustrissimae
Dominationi humilis servus et Capellanus,
Samuel Episcopus Cracoviensis
et Regni Poloniae Cancellarius subscripsit.^{v)}

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro [etc.] de Farnesio, Regni Poloniae Protectori [etc.].

Alia manu: Starosrzepski.

Iterum alia manu: Episcopus Cracoviensis 18 Apr.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 38.

S.L., s.d. [circa a. 1546-1548].

Ignotus, olim canonicus Kielcensis, nomine [Sigmundi I] regis Poloniae [Paulo III] P.M.

proponit diversas quaestiones solvendas inter plures contententes ad varia beneficia sacerdotalia in Polonia.

Exempl. fragm.; formula finalis et subscriptio desunt.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 38.

Postulata Serenissimi Regis Poloniae. Canonicatus^{a)} et praebenda Cracoviensis vacavit in partibus in mense ordinario, vacante sede: Eos successor Episcopus, posteaquam episcopatum adeptus est, Valentino Herboth prius, ac deinde, cedente eo, Ioanni Podlodowski, propinquo suo, hominibus nobiles, contulit vigore alternatae, quae vim statuti iurati habet ac derogationes omnes irritas facit. Ioannes vero Dembnitzki in curia eos impetravit, derogando statutis et privilegiis. Petit Rex, ut declaretur bulla alternatae, quandoquidem non est personale beneficium, quod etiam vacante sede vim habeat, etiam si post fatalia Episcopum

possessionem episcopatus adipisci, et ita sacerdotium conferre contigerit. Quia fructus, inter quos sacerdotia numerantur, successori debentur. Ioanni vero Dembnitzki silentium imponatur.

Michaele^{b)} mortuo Cracoviae, Praefectus Bozentinensis me praesentavit ad canonicatum et praebendam Kelcensem, Ilzensis vero Praefectus Philippum Padnevium, Secretarium item regium ad Praeposituram Ilzensem, uterque vigore iurispatronatus in perpetuum donati suo officio a Sede Apostolica, ita ac si ex fundatione competeret, ut ei derogari non^{c)} possit. Deinde tam mihi, quam Philippo, denuo provisum est a Sede Apostolica in gratiam Reverendissimi Domini Cardinalis Farnesii. Postea Reverendissimus Cardinalis Bologna ea sacerdotia impetravit, praetextu familiaritatis, quae, si qua unquam fuit, posterior certe fuit, quam ea sacerdotia Michael assecutus erat. Inde vel ab eius Dominatione Reverendissima, vel a familiaribus eius, Simon quidam Scipio post aliquot annos ea redemit, et quinque vel sex annorum iustis possessoribus negotium facessit, et iura patronatus nobilium violat, homo ad vexandos turbandosque homines natus.

Idem^{d)} Simon, adiutore Alberto Semicowski, Bartholomaeum Gantkowski, Archidiaconum Cracoviensem et Secretarium regium, calumniis nescio quibus exagitat, utens testimoniis quorundam sui similibus, quibus mutuam testimonium perhibet, cum opus est. Fecit ei gratiam Sanctitas Vestra et tamen iudex illis instantibus vult eum excommunicatum pronunciare. Fiat solida gratia. Parti modo civilis actio relinquatur.

Post^{e)} mortem Felicis Naropinski in curia mortui, praefectus Loviciensis, qui iam inde a centum annis, vel amplius, est in possessione iuris patronatus ecclesiae Loviciensis, ad canonicatum et praebendam vacantem praesentavit Iacobum Pontificium, medicum regium. Et fuit is in possessione pacifica plus quam unum annum fortassis. Postea cum is resignasset, praefectus idem Bernardum, patruum eius, praesentavit. Fuit et hic in possessione pacifica unum annum et dimidium. Postea Baltasar Basta, homo obscurus, impetratione in curia cum derogatione iuris patronatus usus, eum impetivit. Cumque literas Reverendissimi domini Cardinalis Farnesii ad Archiepiscopum, qui ante hunc fuit, commendatitias misisset, Archiepiscopus, quamvis ipsum ius non habere existimaret, tamen in gratiam Cardinalis, me teste locupletissimo, de primo vacante condigno ei promisit, et non multo post contulit satis honestum pro conditione eius sacerdotium in ecclesia Cracoviensi, ea lege, ut ne Bernardum impeteret. Quo sacerdotio accepto, quievit Baltasar, quoad vixit Archiepiscopus. Eo vero mortuo, denuo per contradictas contra Bernardum processit, sententiam, expensarum atque perceptorum fructuum condemnationem, et executoriales obtinuit. His territus homo senex, valetudinarius, et lites perosus, expensas et perceptos fructus Baltasari solvit, et sacerdotio cessit in partibus et in curia. Sed Baltasar tamen eius possessionem adeptus non est, neque adipiscetur spero, praefecto Loviciensi ius suum violari non patiente. Eam culpam Baltasar in medicum confert, et subornato procuratore fiscali personaliter huc eum evocari fecit. Sed absolutus iam is est a Sanctitate Vestra, permissusque per procuratorem causam agere. Quoniam autem canonicatus ille Loviciensis ad ius patronatus laici pertinet, et Baltasar aliud sacerdotium accepit ab Archiepiscopo, ne ad praebendam illam Loviciensem adspiraret, petit Regia Maiestas, ut adigatur ad cedendum iuri, liti et causae, et patronus laicus ut libere iure suo vetusto utatur.

In his et similibus supplicat²⁾ Regia Maiestas Sanctitati Vestrae, ut

ab ea provideatur, ne quid eiusmodi hic fiat, neu quibus concessionibus, donationibus et privilegiis in gratiam regis et insignium personarum a sede apostolica concessis, ut sunt alternatae episcoporum, donationes iuris patronatus, indulta, nominationes, et si qua sunt alia, derogetur, si derogatum sit, ut irritum fiat et nullum. Istis vero turbatoribus bonorum virorum ut silentium perpetuum imponatur sub gravi comminatione Sanctitatis Vestrae, et nota eius rei ut Maiestati eius transmittatur.

Est ¹⁾ praeterea negocium non dissimile superioribus, quod mihi commendavit Archiepiscopus Gnesnensis. Mortuo quodam Canonico Lanciensi in mense Sanctitatis Vestrae Archiepiscopus defunctus, vigore indulti apostolici per Reverendissimum Dominum Cardinalem Farnesium sibi impetrati, contulit eum canonicatum et praebendam Ioanni Milewski familiari suo, iuveni honesto et nobili. Postea Ioannes Dembnitzki, qui et ipse servierat Archiepiscopo, canonicatum eundem impetravit, et possessorem illum, hominem quietum et bonum, litibus supervacaneis exagitat. Cognoscatur causa de plano, et indultum Sanctitatis Vestrae vim suam obtineat magis, quam cupidi hominis impetratio.

a) *Hic in margine*: Causa haec est coram Reverendo Patre Domino Sebastiano... Episcopo...

b) *Hic in marg.*: Causa haec utraque est coram Reverendo Domino Domino Iacobo Putio.

c) *Hic expuncta verba*: nullo modo.

d) *Hic in marg.*: Causa haec erat coram Re-

verendo Domino auditore Ca...ri, qui pronunciavit.

e) *Hic in marg.*: Causa haec erat coram Reverendo Domino Antonio Augustino seu eius antecessore, qui eam pronunciavit...

f) *Hic in marg.*: Causa haec est coram Reverendo Domino Fabio.

z) *Sic in ms.*

N. 39.

Cracoviae, 16.VI.1548.

Samuel [Maciejowski]

Alexandro Farnesio cardinali

commendat ex officio cancellarii Regni Martinum Cromerum, nuntium a [Sigismundo Augusto] rege Poloniae ad [Paulum III] P.M. designatum.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 39.

Illustrissime Princeps atque Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine clementissime. Humillimam perpetuae servitutis et orationum mearum commendationem.

Cum ad Sanctissimum Dominum nostrum nuntius ²⁾ esset designatus Venerabilis Dominus Martinus Cromerus, Canonicus ecclesiae meae Cracoviensis, iuris utriusque doctor ac Regiae Maiestatis secretarius, nolui committere, ut vacuus meis litteris ad Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem Vestram veniret. Qum ²⁾ illi dedi negotium, ut reverenter eam verbis meis salutaret studiumque meum et observantiam deferret, deque prorogatione indulti per Sanctissimum Dominum nostrum ante annos duos mihi concessi, cuius nullus aut perexiguus mihi fuit

usus, ac de privatis propinquorum quorundam meorum ac servitorum causis cum Reverendissima atque Illustrissima Dominatione Vestra ageret. A qua maiorem in modum peto, ut et fidem ei habeat in iis, quae verbis meis egerit, et favorem simul suum impartiat. Omni offitii,²⁾ obsequii et servitutis meae genere offitium hoc Reverendissimae atque Illustrissimae Dominationi Vestrae per omnem occasionem pro virili mea compensare conabor. Commendo me meamque servitute[m] perpetuam gratiae clementiaeque Reverendissimae atque Illustrissimae Dominationis Vestrae. Quam ut Deus Optimus Maximus diutissime servet sanam et incolumem, precor. Datum Cracoviae, XVI Iunii, Anno Domini MDXLVIII.

u) Vestrae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis
humilis servus et capellanus
Samuel Episcopus Cracoviensis
et Regni Poloniae Cancellarius subscripsit.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro de Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

Alia manu: 48. Cracovia. Il Vescovo di Cracovia, 16. di giugno.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 40.

Petricoviae, 18.I.1548.

Sigismundus Augustus rex [iunior] Poloniae

Paulo III P.M.

pro Bartholomaeo Gantkowski archidiacono Cracoviensi, iniuste ad Sanctam Sedem delato, rogat, ne personaliter Romam ire adstringatur.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 40.

Sanctissime in Christo Pater et Domine, Domine Colendissime. Post oscula pedum beatorum et sui ac dominiorum suorum humilem commendationem.

Bartholomeus Gantkowski, Archidiaconus Cracoviensis, Serenissimi Regis, domini parentis mei colendissimi et meus Secretarius, omnem aetatem suam usque huc probe et honeste exegit, ita ut nihil in eo desiderari videretur, quod ad hominem genere et moribus nobilem pertineret. Is non ita pridem apud istam Sanctam Sedem per Albertum Siemikowski et quendam Scipionem Polonos nostros, aemulos vero ipsius, quum iure suadente illi Cancellariam Gnesnensem eripere non possent, de nonnullis excessibus accusatus est, idque iniuste, sicuti est publica vox et fama. Quo factum est, ut ad instantiam officii Sanctitatis Vestrae hinc evocatus, licet obsequentissime se isthuc conferre vellet, per aetatem tamen ingravescentem et adversa valetudine affectam non potest. Causa vero tantisper protracta ad multos sumptus eum deduxit et animum

ipsius perturbavit, ita ut libera mente serenissimis dominis parentibus meis et mihi servire nequeat. Quare Sanctitatem Vestram maiorem in modum rogo, dignetur actionem fiscalem, ex sinistra delatione institutam, abrogare. Adversarii vero, si quid iuris aut iniuriae se habere existima- verint, agant similiter pro iure suo: paratus est per suos causidicos unicuique respondere et ferre, quod ius et aequitas postulaverit. Factura Sanctitas Vestra rem sua aequitate et clementia dignam mihique pergra- tam, omni studio et filiali observantia referendam. Deus omnipotens servet et foveat Sanctitatem Vestram pro Reipublicae Christianae incre- mento diutissime sanam et foelicem. Cuius benignitati me omniaque dominia mea iterum atque iterum unice commendo. Petroviae, die XVIII mensis Ianuarii, anno Domini MDXLVIII.

u) Sigismundus Augustus Rex Poloniae,
Magnus Dux Lithuaniae manu propria subscripsit.v)

In dorso: Sanctissimo etc. Paulo Tertio, etc.

Alia manu: Sigismundus Rex et Regina pro Bartholomeo Archidiacono.

u)-v) *Manu propria.*

N. 41.

Varsaviae, 13.IX.1548.

*Leonardus [Słończewski] episcopus Camenecensis
Alexandro Farnesio cardinali
gratias agit pro missione Hieronymi Martinengo, a papa [Paulo III] ad
reginam Poloniae [Bonam] missi, ut eam post obitum consortis
[Sigismundi I] consoletur.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 41.

Reverendissime in Christo Pater, Domine Colendissime, salutem et mei humilem commendationem.

Et si quidem Reverendi Ioannis ex unius cuiusque virtute apud principes christianos maxime gratus est adventus, grata oratio, tunc autem gratiosum utrumque dico, cum ab illis mittuntur, apud quos summa rei est et tocius religionis scopus. Nobilis igitur ac Reverendus Dominus Abbas, civis Brixienis, dominus Hieronymus, ex illustri Marti- nengorum familia, a Sanctissimo Domino Nostro ad Serenissimam Regi- nam Poloniae missus, gratissimus erat, Suam Serenitatem in tanto luctu nomine Sanctissimi Domini Nostri solaturus nec Suae Maiestati solum, verum etiam omnibus hic cum sua serenissima maiestate stantibus, mihi maxime, qui et pro in Sanctam Sedem amore et pro Tuae Reverendis- simae Paternitatis admonitione et pro tanti viri virtute gratissimus fuit. Cui pro virili mea licet prodesse parum potui, servivi tamen ut valui, omnibusque, quae ad me nomine Sanctissimi Domini nostri dixit, fidem dedi, et ut fides mea erga sanctam sedem eo maior cognoscatur, omnia

adimplere conabor. Opto Tuam Reverendissimam Paternitatem diu optime valere. Varschoviae, XIII Septembris, anno Domini 1548.

u) Eiusdem Reverendissimae Paternitatis Vestrae
humilis servitor
frater Leonardus Episcopus Camenecensis
manu propria.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Cardinali Fernesio [etc.].

Alia manu: 48. Varsavia. Il Vescovo Camenecense. 13 Settembre.

u)-v) *Manu propria.*

N. 42.

Sandomiriae, 5.IX.1548.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Paulo III P.M.*

*gratias agit pro litteris consolatoriis, sibi post obitum patris [Sigismundi
I] missis; se vestigia paterna in religione colenda secuturum pro-
mittit; de convocando concilio consentit.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 42.

Beatissime Pater et Domine, Domine Clementissime. Post oscula pedum beatorum meique Regni et dominiorum meorum in gratiam Sanctitatis vestrae commendationem.

Reddidit mihi Reverendus Pater Abbas Martinengus Vestrae Sanctitatis literas, quibus et consolari me de obitu divi parentis mei et gratulari, quod ad Regni quondam illius gubernacula accesserim, et hortari simul dignata est, ut per illius vestigia pietatis incedam. Credibile non est, quantum ex iis literis et ex nunctio²⁾ Sanctitatis Vestrae, qui literarum humanitatem oratione sua mirifice subsequebatur, consolacionis acceperim. Nulla maior adferri potuit merori meo levatio, quem ex morte divi parentis mei gravissimum hauseram, quam fuit ea, quam epistola Vestrae Sanctitatis quamque mihi nunctius illius attulit. Sed et gratulatio Sanctitatis Vestrae quod in Regnum divi parentis mei successerim, valde mihi grata accidit. Paternum illius erga me animum cernere visus sum, sive dum consolatur sive dum gratulatur sive dum hortatur, ut tanquam bonae arboris germen optimos paternarum laudum fructus Sanctitati Vestrae referam et producam. Quod ego pro virili mea sedulo me facturum promitto. Quod si assequi paternas virtutes non licebit, ut proxime tamen ad eas accessisse videar, omni ope contentam et elaborabo. Ac in aliis quidem superiorem fuisse divum parentem meum patiar, studio vero erga Sanctam Sedem Apostolicam et in tuenda fide catholica constantia nunquam committam, ut illo posteriores tulisse videri possim, hoc sibi certo de me Sanctitas Vestra polliceri potest. Non fallam opinionem illius.

Quae communicat mecum verbis Sanctitati Vestrae nuntius hic eius de eo, quo in statu sit negotium universalis concilii, etsi parum iucunda, grata mihi tamen fuerunt. Cui cum scripto responderim, eadem illa iterare supervacaneum visum est. Ex eo enim responso, quod illi meo nomine datum est, quae sit sententia mea, facile Sanctitas Vestra cognoscet. Quam iterum atque iterum supplex oro et obtestor, ut horum perturbatissimorum temporum rationem habeat ac pro ea cura, quae illi a Deo mandata est, diligenter provideat, ne dum de loco concilii habendi disceptatur, locus amittatur Reipublicae Christianae rationibus consulendi. Nam quibus malis mederi debet Sanctitas Vestra, ea serpunt indies longius et latius radices figunt, quam ut evelli postea sine magno negotio possint. Deum precor, ut Sanctitatem Vestram longissimo tempore servet incolumem et omni genere felicitatis cumulet. Cui me atque omnia ea, quae ab obsequenti filio benemerenti patri debentur obsequia, diligenter commendo. Datum Sandomiriae, die quinta Septembris, anno Domini MDXLVIII, Regni et dominiorum meorum XIX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae obsequentissimus filius
u) Sigismundus Augustus Rex Poloniae,
Magnus Dux Lithuaniae
manu propria subscripsit.v)

In dorso: Sanctissimo [etc.] Domino Paulo, [etc.] Papae Tercio, [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 43.

Petricoviae, 25.I.1548.

Nicolaus Myszkowski

Alexandro Farnesio cardinali;

rogat, ut beneficia Iacobo Wirzba [Wierzba] collata confirmentur.

Orig., sigil. vestig.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 43.

Reverendissime et Illustrissime in Christo Pater et Domine, Domine Clementissime. Servitutem meam sedulam Dominationi Vestrae Reverendissimae inprimis defero.

Quanto maiore beneficentia me sibi Dominatio Vestra Reverendissima et Illustrissima obligavit, tanto obligatior ei esse cupio, presertim quod hominum nostrorum existimationem de me, quod valde gratus sim apud Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem Vestram, minuere nolo. Iacobus Wirzba, homo nobilis et honestus, qui a Thesauris est Reverendissimo Domino gentili meo, Archiepiscopo Gnesnensi, valde me observat. Habet is donationem iuris patronatus ab Episcopo Wladislawiensi ad Custodiam Sancti Michaelis in Arce Cracoviensi, et a patronis illis ad futurum vacans presentatus est. Ac utriusque rei, donationis inquam et presentationis, confirmationem a Sede Apostolica habet, sed menses Pontificii exempti sunt. Peto igitur a Reverendissima et Illustris-

sima Dominatione Vestra, perficiat gratia et autoritate sua apud Sanctam Sedem Apostolicam, ut ambo illa etiam in mensibus pontificiis valeant. Fecerit mihi in eo Reverendissima et Illustrissima Dominatio Vestra pergratum. Cui ego vicissim quacunque ratione obsequi et inservire potero, lubentissime faciam. Deum precor, ut Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem Vestram diu salvam et felicem servet. Cui me etiam atque etiam quam diligentissime commendo. Piotrcowia, XXV Ianuarii. Anno Domini MDXLVIII.

u) Eiusdem Vestrae Illustrissimae ac Reverendissimae
Dominationis servitor
Nicolaus Myszkowski
A Myszw manu propria.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro de Farnesiis, [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 44.

Cracoviae, 10.VI.1548.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali
pro medico Iacobo Pontificio iniuste accusato rogat, ne Romam personaliter ire constringatur.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119. f. 44.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae [etc.] Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni nostri Protectori [etc.] salutem plurimam et omnem a Domino Deo felicitatem.

Reverendissime in Christo Pater, Domine, Amice Charissime et Honorande.

Non ignoramus Serenissimum Parentem nostrum, sanctae memoriae Regem nuper defunctum, saepenumero cum Sanctissimo Domino nostro literis questum esse de improbis nonnullis nostrae gentis hominibus, qui cum aliter non possint, traducendis istis turbandisque bonis viris, quorum et in ocio et in negotio aliquis est apud nos usus, viam sibi ad fortunas honoresque sternunt, atque id quo facilius perficiant, mutua sibi testimonia homines conscelerati dicunt. Quod ne fieret, cum alias semper provideri a Sede Apostolica debuit, tum hoc tempore inprimis debet, ne detur occasio malevolis et audacibus divinorum humanorumque institutorum contemptoribus magis etiam obtrectandi tergumque obvertendi Sacrosanctae Sedi istis. Cuius nos auctoritatem, quemadmodum pater, patruus, avus, caeterique maiores nostri fecerunt, sedulo tueri cupimus. Tametsi aegre interdum, Serenissimus parens noster clamores hominum, quorum licentia Romanae curiae offendit, sedabat; id vero nobis est longe difficilius, quippe qui nondum eam auctoritatem, quam

ille aetate diuturna et clementi administratione regni rebusque gestis maximis et meritis suis sibi compararat, consecuti sumus, praesertim si istic impune cuius alienae estimationi, fortunis et ocio insidiari licebit; id quod cum aliis quibusdam nostratibus haud multo ante usu venisse dicitur, tum nuper venerabilis Iacobus Pontificius, Canonicus Cracoviensis et noster Serenissimorumque parentum nostrorum medicus, homo a litibus alienus, delatum se istic apud auditorem camerae, quasi ageret nonnihil, quod ad contemptum autoritatis apostolicae vergeret, evocatumque et citatum ab eo procuratore fisci instigante, ut se istic ad certam diem sistat, nobis questus est. Et tamen ita is fidit innocentia sua, ut non reformidet istic se sistere, si nos eum dimittamus. Cum autem non libenter eo careamus, petimus a Reverendissima Dominatione Vestra, perficiat gratia atque diligentia sua apud Sanctissimum Dominum nostrum, ut ei istic se sistere necesse non sit. Non recusat is, quominus per causidicum et procuratorem causam istic dicat et innocentiam suam probet impudentesque quorundam calumnias refellat. Quanquam parcendum est etiam supervacaneis hominum sumptibus, ne ad quempiam alium culpa ista vexandorum bonorum virorum pertinere videatur. Plenius autem rem omnem ex procuratoribus eius Reverendissima Dominatio Vestra cognoscet, cumque cognoverit, det operam, ut huiusmodi labes hominum, ne sint dedecori Sacrosanctae Sedi isti, severe coerceantur. Possemus nos id fortasse nostro iure facere, sed habemus honorem Sedi Apostolicae, ad quam isti, cum hic honestum locum non haberent, confugerunt. Faciet in eo Dominatio Vestra Reverendissima boni protectoris officium, et cum bonorum virorum quieti consulat, tum nobis non minimum gratificabitur. Quam bene valere cupimus. Cracovia, X Junii, MDXXXXVIII.

u) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Fernesio [etc.] regni nostri protectori.

Alia manu: Rex pro medico, qui in a) expeditus.

a) *Sequitur verbum, quod non legitur.*

u)-v) *Manu propria.*

N. 45.

S.L., s.d. [1545.]

Sigismundus I rex Poloniae

Paulo III P.M.

Orig., sigil. Membrana prorsus deleta, non legitur nisi inscriptio in dorso et subscriptio regis.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 45.

In dorso: Sanctissimo [etc.] Paulo [etc.] Tertio [etc.].

In dorso alia manu: Wladislaviensis.

*Ioannes [Dziaduski] episcopus Premisliensis
Alexandro Farnesio cardinali
nuntiat se litteras commendantes nuntium Martinengo recepisse; narrat
de proprio conatu conversionis schismaticorum.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 46.

Reverendissime et Amplissime in Christo Pater et Domine, Domine mihi Clementissime. Oracionum et serviciorum meorum debita commendacione gratiae Vestre Reverendissime Paternitatis humiliter premissa.

Reddite sunt mihi litere Vestre Reverendissime Paternitatis, quibus Nobilem et Reverendum Dominum Abbatem Martinengum, Nuncium ad Regnum Poloniae missum, commendare dignata est, ut illi assisterem, eumque adiuverem et operam darem, quo in omnibus illi feliciter succedat, commendacioneque vestre Reverendissime Paternitatis gratus ipsius adventus habeatur. Ego, licet eundem videre non potui, propter celerem expeditionem illius a Regia Maestate, tamen si vidissem et novissem, mandatum Vestre Reverendissime Paternitatis propensissimo animo exequi curarem, omnemque benevolentiam et studium observancie exhibuissem, intuitu ac amore celsitudinis Vestre Reverendissime Paternitatis. Et visum est mihi nonnulla scribere et significare Sanctissimo Domino nostro, Pontifici Maximo, que ad religionis constanciam et ecclesiasticarum constitutionum firmitatem pertinent. Quoniam inter scismaticos degens, facio omnia secundum mandatum Sanctissimi Domini nostri, predicans verbum Dei, ut possem proficere, Ruthenos presertim adducendo ad unionem fidei et religionis Christiane, quamvis gens dure cervicis agnoscat; hereticam denique pravitatem seminariumque omnis mali, iuxta vires meas, omni sollicitudine et processu iuris, amovendo et tollendo. Ita ut optimum et sanctum, ac fere divinum hoc desiderium est Summi Pontificis, Domini mei clementissimi. Quod intimare etiam dignata est mihi Sua Sanctitas per ipsum Nuncium. Sumque facturus semper toto conatu et vigilancia id, quod ad religionem Sanctam conservandam et propagandam necesse fuerit. Demum Vestre Reverendissime Paternitati deditissima servicia et oraciones meas cum debito honore diligentissime ac humiliter commendo, offerens me obsequentissimum ad quevis mandata Vestre Reverendissime Paternitatis. Que ut valeat diutissime, Dominum Deum exoro. Datum in Brzozow, die XVIII Februarii, anno Domini MDXLIX.

u) Vestre Reverendissime Paternitatis deditissimus
ac obsequentissimus servitor
Ioannes Episcopus Premisliensis.v

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro de Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

Alia manu: Ioannes Episcopus Premisliensis.

u)-v) *Manu propria.*

Cracoviae, 1.XII.[15]49.

Ludovicus Montius
Alexandro Farnesio cardinali
de discordiis inter Polonos.

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 47.

Illustrissimo et Reverendissimo Monsignore, Signore et Padrone
Osservandissimo.

Di poi bacciatoli le reverendissime mani gli desidero et prego ogni suo felicissimo contento et desio. La molta affettione et ardente desiderio di servirli di tutta casa nostra mi costringe non mancar', ove mi paia di mestieri ad alcuna sorte di debito per essaltatione di Vostra Signoria Reverendissima et dell'Illustrissima sua famiglia, hor perche qua veggio questo gia tanto unito regno, et chiave a infiniti prenzì nemici al nome christiano, et sin' qui molto obediante a la Sede Apostolica per l'invidie et discordie natevi di mala natura in brevi non vi essendo prestissimo proveduto portare periculo d'ultima ruina, et sapendo Vostra Signoria Reverendissima esserne zeloso, et protettore, et tale che se con la sua authorità et braccio di Sua Beatitudine non ci rimedia lei, poco altro remedio ci resta, però per l'osservanza mia verso lei mi pare mio debito dirli, che oltre che lei debbe provederli subito con ogni mezzo et via per la protettione ch'ella ne ha, ne acquisterà lode eterna essendo conservatrice di tanto regno, ma poi si guadagnerà a fatto la miglior natura di prenze ch'io mai habbia praticato, sia certa, et se Sua Maestà non haverà i disturbi domestici serà prontissimo riconoscendo ogni sua quiete da lei intermettere ogni sua authorità, et potere per la compositione et enorme perdite de la casa di Vostra Signoria Reverendissima, con li dui fratelli travaglianti il mondo, nè crederò che miglior mezzo si potesse trovare aquietati i pericoli imminenti; nè però da me stesso, mi creda, scrivo a mei fratelli i remedij, che ci sono, et si desiderano qui, dei quali mi rendo certo non mancherà Vostra Signoria Reverendissima. La Maestà Sua reterà servita sia uno di miei fratelli, che la mandi per molti rispetti, a cui farà dare authorità, i brevi et lettere di credenza sue et altre cose necessarie, et presto espedisca. Il Signore Iddio la conservi et essalti la dove desiamo, et ne la sua buona grazia mi raccomando et dono. Da Cracovia il primo dicembre nel XLIX.

L[udovico] M[ontio].

Di Vostra Illustrissima et Reverendissima Signoria
obligato servitore.

In dorso: All'Illustrissimo etc. Cardinale Farnese etc.

Alia manu: 49. Cracovia, Nunzio Ludovico Montio, del primo di dicembre.

Cracoviae. 6.XII.1549.

Ludovicus Montius
Alexandro Farnesio cardinali;
de luctu, de quo et regi [Sigismundo Augusto] retulit, dolet.
Orig., autogr. sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 48.

Illustrissimo et Reverendissimo Monsignore, Signore et Padrone Osservandissimo.

Di poi inchinevolmente bacciatoli le Reverendissime mani, la desidero et prego sia in ogni suo desio contentissima et felicissima.

Infinito è stato il cordoglio et la tristezza m'ho debitamente preso del strano, come mi viene referito, caso a questi tempi accadutoci del modo è occorso, et io l'ho referito a la Maestà del Re mio Sire, che l'ha certo udito con sommo dispiacere, perche sperava col mezzo di Vostra Signoria Reverendissima trarne non picciolo frutto in brevi, come potrà veddere ne l'altre mie qui alleggate già scritte et suggellate avanti udito il caso dispiacevole, per darle al correri che poi è fattosi sovrastare sin' a hoggi, nè Sua Maestà sola qui s'è doluta, ma ancor tutti i buoni del regno; mi serei certo disperato se io non havessi in un tempo considerato, che il Sommo Iddio, nostro ottimo Padre, ci da a nostro miglior fine et le allegrie et le tristezze, la dove, Monsignore Reverendissimo, ci deviamo consolare colla ragione, la quale ci fa differenti dalli altri animali, et rengratiarlo di tutto ci avviene, et lodarlo molto che ce l'ha conservato fin' a tanto, che voi altri, mei Signori, siate giunti a stato et età, che coi vostri elevati ingegni riducendovi tutti a una, com'è debito, et necessario a ogni uno di voi, potrete seguir avanti et secondare il solco de la maestrevol nave precedentevi, però, non poco mi consolo conoscendo in ciascuno di voi essere la debita constanza et non picciolo valore d'ingegno, et fondati in ogni convenevol virtù; resta solo che Vostra Signoria Reverendissima come capo de l'altri reduca a se ogni uno delli altri, et che uniti insieme non vi manchiate a voi istessi, et in queste travaglie non perdiate il solito valore, et che tentiate ogni via per la conservatione del stato in cui siate restati, et è sapienza grande che l'huomo si sappia accommodare al tempo, et donare quello non si puole vendere, si com'è in proverbio, et mostrare di fidarsi in aperto a ogni uno, ma nel secreto commettersi a pochi et buoni, ma dove vo io? L'amor, col quale già tanti anni casa mia tutta vi serve, et il desiderio di veder tutti voi, miei signori, inalciati²⁾ mi sforzano ardire troppo con Vostra Signoria Reverendissima, la quale si degnerà sempre da me servo pigliare cio che li dico in quella parte ottima che da me suo svisceratissimo vien detto, ne manco, poi ov'io posso coi fatti accompagnare i detti, sia certissima, ne mancarò mai s'io vederò l'occasione. Io non ho voluto mancare mandare le qui incluse a Vostra Signoria Reverendissima, acciò vedda il desiderio et bisogno di Sua Maestà a la quale non conviene per molte caggione fare questa pratica lei, perciò parendoli anticipare del modo è detto in esse lo possa fare per levare i sospetti di qua, et poi rinovare con cui serà successore al Santissimo

ch'in gloria sta, voglia Iddio sia si com'io desidero et prego, acciò non si habbia a mendicare mezzi; Vostra Signoria Reverendissima ha guadagnatosi l'amor di questo potentissimo Prenze, mi rendo certo userà ogni mezzo per conservarlo amico, et se in queste sue domestiche travaglie non li mancherà di convenevoli uffici. sia certa si potrà promettere ogni cosa di Sua Maestà che è buono in ogni cosa, et è molto stimmato²⁾ dai fratelli travaglianti ogni stato, ne vogliono però rompere seco ancor che lo veggiono in tante travaglie, ne romperano mai seco, se gli avversanti non ve li tirassero a forza. Vostra Signoria Reverendissima in assenza di mei fratelli farà aprire ancor le lettere loro ne le quali si conteneva il tutto per i remedij si ricercavano, et poi per le poste mandargele²⁾ ove seranno, et parendoli ch'uno di loro venisse qua, come seria la voglia di Sua Maestà per l'importanza del negotio, Vostra Signoria Reverendissima li farà fare coperta a le sue, et chiamare quale si voglia di loro a se, ma a me pare che Messere Stefano seria più a proposito essendo prete, che Messere Gratia. Sua Maestà non mancherà mostrare segni quanto amasse Sua Beatitudine, et voi altri tutti ai quali con tutto il cuore mi dono et raccomando, ne la sua buona Iddio vi consoli tutti. Da Cracovia il VI decembre nel XLIX.

Di Vostra Illustrissima et Reverendissima Signoria
devotissimo et obligato servitor
Lodovico Montio di Modona.²⁾

Postscriptum: o mandando o non ricordisi dare aviso dei successi a Sua Maestà ancor ch'io credo non serà mancata quei officij, che se li convengono.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinale [etc.] Farnese [etc.].

Alia manu: 49. Cracovia. Nunzio Ludovico Montio di 6 di decembre.

2) Sic in ms.

N. 49.

Grodnae, 12.V.1554.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae,
Ascanio Sfortia cardinali
eum in substitutionem in munere protectoris Regni post cardinalem
Farnesium acceptat; rogat, ut quaedam leges pontificiae in Polonia
caute introducantur.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 49.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae Reverendissimo [etc.] Ascanio de Sforzia [etc.] Cardinali [etc.] salutem et foelicitatem.

Reverendissime in Christo Pater, Amice Charissime et Honorande. Intelleximus ex literis Reverendissimae Dominationis Vestrae Illustris-

simum Cardinalem Farnesium curam et patrocinium Regni nostri, quod ipse per absentiam suam obire munus id non posset, Reverendissimae Dominationi Vestrae mandavisse, quam provinciam, quod tam libenter et alacriter Reverendissima Dominatio Vestra - ut scribit - susceperit, nobisque sua omnia studia ac officia et polliceatur et deferat, agimus illi hoc nomine gratias. Atque ut non dubitamus Illustrissimum Cardinalem Farnesium pro sua in nos benevolentia ei munus hoc mandavisse, quem et nostri studiosissimum esse et omnia ea, quae ad nos Regnumque nostrum pertinent, optime atque ex dignitate nostra administratum esse sciret, ita etiam haud dubie nos persuademus Reverendissimam Dominationem Vestram in iis omnibus opinioni et expectationi de se nostrae abunde satisfacturum esse. De nobis vicissim id sibi persuadere poterit Reverendissima Dominatio Vestra, quod gratos et memores nos huius tante²⁾ humanitatis ac officiorum omnium, quaecumque²⁾ aliquando contulerit in nos, semper cognoscat. Caeterum significatum est nobis conscriptas esse istic proxime Sanctissimi Domini iussu leges et constitutiones quasdam, quibus correctio et constitutio morum et disciplinae in ordine ecclesiastico contineretur. Qua in re, etsi non dubitamus Sanctitatem Suam eorum rationem habituram esse, qui necessario occupati districtique sunt aulicis et Reipublicae obsequiis; quia tamen audimus duriora gravioraque illa edicta atque decreta esse, quam ut ii, qui apud nos funguntur Reipublicae muneribus inque obsequiis nostris assidue versantur, sustinere illa possint, scribendum ea de re ad Sanctissimum Dominum nostrum putavimus, quarum literarum exemplum mittimus Paternitati Vestrae. Et proinde Paternitatem Vestram rogamus, si quid eiusmodi istic statuitur, statutum ne iam est, quod ab aulicis obsequiis Reique Publicae gubernaculis ordinis ecclesiastici viros excludere videretur atque ad arctiorem fortunam paucioraque, quam ut hactenus fuit, sacerdotia obtinenda redigere, efficiat omni studio apud Sanctissimum Dominum nostrum atque contendat, ne in Regno nostro ii, de quibus ad Sanctitatem Suam scribimus, iis legibus subiiciantur, cum praesertim si secus fieret, non tam disciplina constitueretur in Ecclesia, quam ordo ecclesiasticus in Regno nostro ea re penitus everteretur. Haec res cum non ad nostram privatam, sed ad Regni nostri ecclesiarum utilitatem pertineat, non dubitamus, facile nos id quod petimus apud Sanctitatem Suam obtenturos esse. Nam in ceteros, qui nullis nostris aut Reipublicae impediti atque constricti sunt obsequiis, non recusamus, quo minus et statuantur leges, quae ad instaurandam constituendamque veterem in ordine ecclesiastico disciplinam videbuntur pertinere. Quicquid vero Paternitas Vestra in eam rem opere²⁾ atque studii sui nostra causa contulerit, id erit nobis tam gratum, ut hoc nomine plurimum sibi nos devinctura sit, atque ad gratificandum sibi vicissim, si quando usus tulerit, promptos atque paratos redditura. Interim Paternitatem Vestram bene valere optamus. Datum Grodnae, XII die Maii, anno Domini MDLIII, Regni vero nostri anno XXV.

u) Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.)

In dorso: Reverendissimo in Christo Patri, Domino Ascanio de Sfortia [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

Petricoviae, 21.V.1555.

Nicolaus [Dzierzowski], archiepiscopus Gnesnensis
 Alexandro Farnesio;
 Franciscum Krasiński, ab episcopis Poloniae Romam missum, accreditat.
 Orig., sigil.
 A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 50.

Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine observandissime.

Cum Venerabilem Dominum Franciscum Crassinium, Archidiaconum Calisiensem et Canonicum Cracoviensem in negotiis gravissimis religionis ad Sedem Apostolicam una cum caeteris meis coëpiscopis mitterem, commisi ei quaedam Reverendissimae Paternitati Vestrae verbis meis referre. Quare ab eadem maiorem in modum rogo, ut in omnibus rebus, quas is meo nomine ad Reverendissimam Paternitatem Vestram perferret, indubiam fidem illi adhibeat atque consilio et auxilio pro suo erga nationem nostram studio proque tuendae et amplificandae religionis catholicae amore adesse dignetur. Faciet profecto Reverendissima Paternitas Vestra rem Deo inprimis gratam nobisque perpetuis offitiis^{z)} demerendam. Quod superest, Reverendissimam Paternitatem Vestram diutissime sospitem atque incolumem, valere cupio; cuius amori et gratiae me iterum atque iterum commendo. Datum ex Comitibus Piotrcoviensibus, XXI Maii, anno Domini 1555.

Reverendissimae Paternitatis Vestrae
 servitor deditissimus

^{u)} Nicolaus Archiepiscopus Gnesnensis subscripsit.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.], Regni Poloniae Protectori [etc.].

^{u)-v)} *Manu propria.*

^{z)} *Sic in ms.*

Vilnae, 8.XI.1555.

Aloisius Lippomanus
 Alexandro Farnesio cardinali
 refert de [Sigismundi Augusti] regis Poloniae declaratione in favorem
 Concilii generalis, et ita missionem propriam terminatam esse
 considerat.
 Orig., sigil.
 A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 51.

Illustrissimo et Reverendissimo Signore mio Colendissimo.

Il desiderio di scrivere qualche cosa notevole è stato cagione ch'infin qui ho tardato a dar nuova a Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima delle cose di questo Regno. Ella hora intenderà qualmente dopo

le assai liete accoglienze che mi furon fatte da questo Serenissimo Re, egli al secondo ragionamento ch'io hebbi con Sua Maestà mi risolse di non poter rimediare a gli imminenti mali se non col mezzo d'un Concilio generale, dove tutti vengano a chiarirsi delle loro opinioni et della riforma di tutta la Chiesa; questa istessa resolutione Vostra Signoria Illustrissima intenderà per le lettere pubbliche. Perche non sapendo a questa resolutione altro che farmi, starò aspettando che con buona gratia di Nostro Signore mi sia lecito ritornare alla mia chiesa, et in questo prego et supplico Vostra Signoria Illustrissima voglia essermi favorevole appresso di Sua Santità, et con ogni riverenza le bacio la honoratissima mano, assicurandola ch'in ogni tempo le serò quell'affettionatissimo servitore che le fui sempre. Di Vilna, alli XIII di novembre del LV.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
devotissimo servitore
u) A[loisi] Lippomano^{v)}
indegno vescovo di Verona.

Diedi al Serenissimo Re la lettera di Vostra Signoria Illustrissima, li l'hebbe molto cara. Credo quella ^{a)} ne havrà la risposta.^{v)}

In dorso: All'illustrissimo [etc.] Cardinal Farnese [etc.].

Alia manu: 55. Vilna. Monsignore Vescovo di Verona di 8 di novembre.

a) Sic in ms., evidenter pro: ch'ella.

u)-v) *Manu propria.*

N. 52.

Iaroslaviae, 15.X.1555.

Ioannes Christophorus Tarnowski
Octavio [Farnesio], duci Parmae.
Petronium nobilem praesentat, servitia offert.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 52.

Illustrissime atque Excellentissime Princeps Domine, Domine Colendissime.

Nobili hoc Petronio, viro multis virtutibus praedito, hinc in Italiam redeunte, cum pro Illustrissimae Celsitudinis Vestrae summa singularique erga me propensione ac benevolentia, tum vero pro mea debita vicissim erga eandem observantia ac studio indignum sane factum videbatur, si omnino absque meis ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram literis hinc a me dimitteretur. Quibus si nihil aliud modo a me praestari posset, ex officio²⁾ tamen meo esse videbam, vel ea ratione aliquam tantum gratitudinem meam erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram testari, ne vel immemor vel ingratus summae illius humanitatis ac benevolentiae, mihi a Illustrissima Celsitudine Vestra exhibitae, merito videri possim. Cui equidem tametsi parem benevolentiam pro tantis

benefitiis^{z)} rependere nequeam, utique tamen et memor eorum semper esse volo, et vicissim omnia studia mea et perpetuam erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram observantiam Illustrissimae Celsitudini Vestrae ita offero, ut si aliquando hic in patria mea studio, cura, diligentia ac opera etiam mea grati quicquid sibi per me praestari posse Illustrissima Celsitudo Vestra speraverit, velim istud pro iure suo mihi tanquam addictissimo servitori suo imperet; curabitur enim a me magno ut par est studio et diligentia. Quod vero restat, saedulo^{u)} plurimumque Illustrissimam Celsitudinem Vestram oro, ut me qua semel coepit clementia et favore suo prosequi dignetur et semper quam commendatissimum habeat. Quam ut Deus Optimus Maximus omnium rerum exoptatissimis atque foelicissimis successibus florentem diu incolumem conservet, precor. Datae Iaroslaviae, XV Octobris, anno Domini MDLV.

Eiusdem Illustrissimae atque
Excellentissimae Celsitudinis Vestrae
u) servitor addictissimus
Ioannes Christophorus
comes in Tarnow.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Octavio Duci Parmae et Pla[cent]iae [etc.].

Alia manu: 55. XV d'ottobre. Signor Giovanni Christoforo Tarnovo.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 53.

Vilnae, 15.XI.1555.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali
Stanislaum Maciejowski, suum in diversis negotiis ecclesiasticis ad
Paulum IV P.M. oratorem, commendat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 53.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Reverendissimo in Christo Patri, Domino Alexandro de Farnesio etc. Salutem et omnis foelicitatis continuum incrementum.

Reverendissime in Christo Pater, Domine, Amice noster Charissime.

Mittimus istuc Oratorem nostrum et Consiliarium, Magnificum Stanislaum Maczieiowski, Castellatum Sandomiriensem, Curiae nostrae Marschalcum et Liubomliensem Zavichostensemque Praefectum, qui Sanctissimo Domino nostro Paulo Papae quarto verbis nostris novum honorem gratuletur et obsequium nostrum ritu solenni more aliorum Principum Christianorum deferat, de statu religionis, qui nunc est in Regno et aliis ditionibus nostris, diligenter indicet, opem Sanctitatis eius imploret et nonnulla postulet. Dedimus autem ipsi in mandatis, ut de omnibus

cum Reverendissima Paternitate Vestra communicet, eiusque consilio et ope utatur. Postulamus igitur a Paternitate Vestra Reverendissima, ut ei fidem habeat eumque omni ratione adiuvet, quo recte et cum dignitate mandata nostra peragat et quae postulamus impetrata nobis referat. Factura nobis vehementer gratum. Quae bene valeat. Datum Vilnae, XV die mensis Novembris, anno Domini MDLV, Regni vero nostri anno XXVI.

u) Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro de Farnesio [etc.], Regni nostri Protectori [etc.].

Alia manu: Il Re di Polonia 15 di Novembre 1555. Credenziale nell'Ambasciatore venuto a prestar l'obbedienza a Nostro Signore etc.

u)-v) *Manu propria.*

N. 54.

Varsaviae, 10.X.1556.

*Ioannes Christophorus Tarnowski
Octavio Farnesio duci Parmae
ad litteras acceptas respondet, Ludovico [Aloisio Lippomano?] sibi
commendato officia obtulisse refert.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 54.

Illustrissime Princeps et Domine, Domine Observandissime.

Literis, quas ad me Illustrissima Dominatio Vestra XV Decembris dederat, hactenus respondere non potui; quod equidem non negligentiae meae, sed vanitati potius eorum, quibus literae ad Illustrissimam Dominationem Vestram committi possint, imputari debet. Nihilominus tamen ea, quae Illustrissima Dominatio Vestra ad me scripsit, mihi curae fuerunt. Nam et Domino Lodovico,^{a)} quem mihi tantopere Illustrissima Dominatio Vestra commendavit, omnia mea officia, quibus ille uti possit, obtuli, et me in omnibus negociis, tam Illustrissimae Dominationis Vestrae quam amicorum eiusdem, paratissimum esse et verbis denunciavi et re ipsa, cum opus fuerit, declaraturus sum. Velimque Illustrissima Dominatio Vestra sic existimet me ex eorum esse numero, quibus et dignitas Illustrissimae Dominationis Vestrae curae est, et qui officiis suis eandem sibi demereri student. Quae foeliciter valeat. Varsaviae, X Octobris, anno Domini MDLVI.

Illustritatis Vestrae

u) servitor addictissimus
Ioannes Christopherus z)
Comes in Tarnow subscripsit.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Octavio Farnesio, Duci Parmensi [etc.].

Alia manu: 56. Varsaviae X octobris. Ioannes Christophorus, comes in Tarnavo.

a) *Forsitan "Aloisio" [Lippomano?].*

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 55.

Wiewiórka, 6.III.1556.

Ioannes Tarnowski

Alexandro Farnesio cardinali

gratias agit pro litteris acceptis et pro benevolentia erga filium; [Jacobi Uchański] episcopi Chelmensis ius ad decanatum in ecclesia cathedrali Plocensi, contra [Andream Noskowski] episcopum Plocensem, defendit.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 55.

Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Etsi nulla unquam praecesserunt mea merita, quibus fretus aliquid a Reverendissima Dominatione Vestra petere audeam, cum tamen testatam habeam gratiam, quam filio meo exhibuerit, pro qua ego ei et habeo ingentes gratias, literisque suis clementia, summa humanitate et benevolentia plenis me interpellaverit, nunc ad eandem Reverendissimam Dominationem Vestram in causa amici mei singularis, Reverendi Domini Episcopi Chelmensis, viri pii, catholici et docti, pro patrocinio petere non sum veritus. Res ita se habet: Resignaverat dictus Dominus Episcopus germano suo Decanatum in ecclesia cathedrali Plocensi, reservato sibi regressu, ut vocant, post decessum eius, et consensus omnium eorum, quorum erant necessarii, obtinuit, nempe Sacrae Regiae Maiestatis, item Reverendissimi Domini Episcopi Plocensis et Venerabilis Capituli etiam Plocensis, ac insuper in Romana isthic Curia signaturam et compositionem procuraverat; mortuo germano praefati Domini Episcopi, Dominus Episcopus Plocensis contulit hoc idem beneficium Nepoti suo, Domino Alberto Swienciczki, non attento iure priore Domini Chelmensis Episcopi. Quare causam ipsam Reverendissimae Dominationis Vestrae clementi patrocinio simulque ipsum Dominum Episcopum commendo, ac rogo, ut pro autoritate sua opera et auxilio ei adesse dignetur. Non agitur tam multum, Reverendissime Domine, de commodo, quam ut ne aemuli et invidi sui, cum contra fas et iusticiam Iure suo fraudare eum nituntur, palmam obtineant. Factura est mihi Reverendissima Dominatio Vestra rem gratam seque dignam, ac si quid pro tenuitate mea facere potero, quo tanto Principi et Maecenati officiis vicissim meis gratificari possim, non deerit studium et voluntas. Quicquid autem Reverendissima et Illustrissima Dominatio Vestra in hoc negotio beneficii in Dominum Episcopum Chelmensem contulerit, id mihi ipsi factum reputabo. Commendo me meaque officia ac inserviendi studium in gratiam

Reverendissimae Dominationis Vestrae. Quam ut Deus Optimus Maximus conservet multos in annos foelicem et incolumem, precor. Datum in Wiewiorka, VI Marcii. Anno Domini MDLVI.

Eiusdem Reverendissimae et
Illustrissimae Dominationis Vestrae
u) Servitor
Ioannes Comes in Tarnow subscripsit.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Domino Alexandro Farnesio [etc.] [Avin]ionis Legato Regnique [Poloniae] protectori [etc.].

Alia manu: 1556. Comes in Tarnoto.z) 6 Martii.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 56.

Uchanie, 9.IV.1556.

*Jacobus [Uchański] episcopus Chelmensis
Alexandro Farnesio cardinali
rogat, ut decanatus Plocensis sibi relinquatur.*

*Orig., sigil. (Habetur duplicatum sub dato 26.II.1556, cfr. infra doc. N. 58).
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 56.*

Reverendissime et Illustrissime princeps domine et domine colendissime. Post humilis et perpetuae meae servitutis et orationum sedulam commendationem.

Quoniam in prima caussa mea Reverendissima et Illustrissima Dominatio Vestra clementia sua asstitit mihi et sub protectione Vestrae Reverendissimae et Illustrissimae Dominationis quod agebam pro tuendo nomine meo feliciter successit, quamvis Reverendissima et Illustrissima Dominatio Vestra Roma tum abesset et paulo iniquioribus fortunae telis pertentaretur, eam ob rem nunc quoque, cum mihi de exigua accessione seu potius ad id, quod iam accesserat, regressu agatur, et Vestra Reverendissima et Illustrissima Dominatio pro dignitate ac meritis gratia Dei floret, et autoritate ac voluntate apud sanctissimum dominum nostrum atque alios omnes ubique valeat plurimum, in spem optimam erectus,z) suppliciter his meis compellendam Vestram Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem nunc etiam putavi, clementiam atque opem illius ad caussam ad Decanatum Plocensem retinendum implorans. Itaque supplicissime oro Vestram Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem, dignetur, pro pietate sua in egentes et afflictos, me senem oppressum vi atque insidiis herethicorum benigne adjuvare, quod utcunque statum meum, si non cum commoditate, saltem sine graviore molestia ac penuria sustinere valeam. Ego vero quando aliud non possum, quod vel minimis servitoribus Vestrae Reverendissimae et Illustrissimae Dominationis ex usu fuerit, curare, nedum ipsi Vestrae Reverendissimae et Illustrissimae Dominationi aliquod officium praestare, Dominum Deum

oro, ut Vestram Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem servet longissime incolumem et felicissimam, ad gloriam suam et Reipublicae Christianae salutem. Datum ex Uchanye. IX Aprilis, anno Domini MDLVI.

u) Vestrae Reverendissimae et Illustrissimae Dominationis
Servitor observantissimus
et indignus or[ator]
Iacobus Episcopus Chelmensis subscripsit.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.].

Alia manu: Episcopus Chelmensis. 19^{z)} Aprilis.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 57.

Wiewiórka, 14.IV.1556.

Ioannes Tarnowski
Alexandro Farnesio cardinali;
iterum pro [Iacobo Uchański] episcopo Chelmensi intercedit.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 57.

Reverendissime atque Illustrissime Domine, Domine Colendissime.

Quamvis negotium Reverendissimi Domini Episcopi Chelmensis, amici mei, et antea iam sit per literas a me Reverendissimae atque Illustrissimae Dominationi Vestrae diligenter satis commendatum, cum tamen et ratio meae cum ipso coniunctionis et causae ipsius etiam atque negotii aequitas hoc ipsum postulare visa sit, alteris etiam meis literis Reverendissimam atque Illustrissimam Dominationem Vestram in eodem negotio compellere minime veritus sum, non tam quidem spe meorum (quae nulla sunt) erga ipsam meritorum, quam Reverendissimae atque Illustrissimae Dominationis Vestrae insignis humanitatis opinione adductus. Quam maximopere rogatam esse velim, ut quod quidem ego postulare non ausim, tantum a Reverendissima atque Illustrissima Dominatione Vestra precibus meis dari, hoc ipsum vel soli causae istius aequitati Reverendissima atque Illustrissima Dominatio Vestra tribuat, negotiumque et causam Reverendissimi Domini Episcopi Chelmensis gratia, favore, patrocinio et autoritate denique sua isthic promovere, tueri ac fulcire dignetur. Nam licet is causam aequissimam habeat nec partibus suis quicquam diffidat, utique tamen favorem, aequitatem ac benevolentiam Reverendissimae atque Illustrissimae Dominationis Vestrae sibi in eo plurimum momenti allaturam esse ac profuturam intelligit. Ego autem, ut ne fortasse de ipsius insigni illa humanitate magnaque ad benemerendum de quibusvis propensione aliquid dubitare videar, pluribus precibus onerandam minime necessarium iudico, cum persuasum habeam illam sponte a natura ad benemerendum de omnibus propensissimam esse. Ei me

vicissim studiaque et officia mea ad inserviendum parata commendo et offero, quam simul etiam opto, ut Deus diu sospitet incolumem. Datae in Wiewiorka, XIII die Aprilis, anno Domini MDLVI.

Eiusdem Reverendissimae atque
Illustrissimae Dominationis Vestrae
u) servitor
Ioannes Comes in Tarnow.v)

In dorso: [Reverendissimo] Alexandro [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

Alia manu: 56. Comes in Tarnoto.z) 14 Aprilis.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 58.

Uchanie, 26.II.1556.

*Iacobus [Uchański], episcopus Chelmensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
textus duplicatus scripti sub dato 9.IV.1556; cfr. supra doc. N. 56.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 58.

N. 59.

Lovitii, 21.VI.1556.

*Nicolaus [Dzierzgowski], primas Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali;
conqueritur de non accepto responso ad litteras, quas ipse et nuntius
[Aloisius Lippomanus] episcopus Veronensis ad papam [Paulum IV]
scripserant.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 59.

Reverendissime in Christo Pater, Domine, Domine Observantissime.z)

Salutem plurimam cum omni foelicitate coniunctam cupidissimamque benemerendi voluntatem Reverendissimae Dominationi Vestrae defero. In hac perturbatione Religionis Catholicae summaque incolarum Regni nostri licentia non aliud hoc tempore occurebat z) se se mihi ad scribendum Reverendissimae Paternitati Vestrae, quam quod una cum Reverendissimo Domino Episcopo Veronensi, Nuntio z) Apostolico, nullas vias nullasque rationes praetermittimus, quo rebus fidei christianae in Regno nostro

iam inclinatis opportunis remediis subvenire possimus. Sed hanc Reverendissimi Domini Episcopi Veronensis et meam etiam sollicitudinem non parum illud retardat, quod Sanctissimus Dominus noster in illis necessariis materiis nullam hucusque dederit resolutionem, super quibus idem Reverendissimus Dominus Episcopus Veronensis per Nuntium²⁾ et per literas suas Suae Sanctitatis mentem et voluntatem ab aliquot mensibus perquisivit. Quare Reverendissima Paternitas Vestra pro eo amore et studio, quo huius Regni rebus prospicere semper consuevit, apud Suam Sanctitatem efficiat rogo, quo in eiusmodi negotiis, ad conservandum statum Religionis Catholicae Regni nostri necessariis, mentem suam Reverendissimo Domino Nuntio²⁾ suo quamprimum significet, ut pro futuris Comitibus Regni in mense, ni fallor, Septembre celebrandis, in quibus de summa religionis adversarii fidei catholicae decertare contendunt, parati et instructi undequaque esse possimus. Quod superest, Reverendissimam Paternitatem Vestram diutissime sospitem atque incolumem valere cupio; cuius amoris et benevolentiae me meaque omnia diligentissime commendo. Lovitii, XXI Iunii, Anno Domini MDLVI.

Reverendissimae Paternitatis Vestrae
servitor obsequentissimus
^{u)} Nicolaus Archiepiscopus Gnesnensis.^{v)}

In dorso: Illustrissimo Alexandro Farnesio, [etc.] Regnique Po[loniae] Protectori [etc.].

Alia manu: 56. Pollonia.²⁾ L'Arcivescovo Gnesnense di 21 di giugno.

^{u)-v)} *Manu propria.*

^{z)} *Sic in ms.*

N. 60.

Bodzentyn, 18.VI.1562.

*Philippus [Padniewski], episcopus Cracoviensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
rogat, ut diplomata pro Iacobo Uchański, electo et nominato archi-
episcopo Gnesnensi, minoribus expensis quocitius expeditantur.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 60.

Reverendissime ac Illustrissime Domine, Domine Observantissime.²⁾ Obsequia mea et benemerendi studium Reverendissimae Illustritati Vestrae defero et omni studio commendo.

Quamvis nulla antehac mea praecesserint in Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem Vestram merita aut aliqua familiaritatis coniunctio, quae mihi fiduciam facere posset ad Illustrissimam Dominationem Vestram liberius scribendi ac ipsius operam et auxilium in meis et amicorum meorum rebus implorandi, fraetus²⁾ tamen voluntatis

meae constantia, quae me multoties hortata est, ut meum studium et observantiam Reverendissimae Dominationi Vestrae patefacerem ac eius mihi gratiam conciliare studerem, confisus denique humanitati ipsius, qua sicut aliis virtutibus sic ista caeteros antecellit, non sum veritus, ne Reverendissimae Dominationi vestrae officium hoc meum ingratum accideret. Praesertim cum Reverendissimus Dominus Iacobus Uchanski, nominatus et electus Archiepiscopus Gneznensis et Primas Regni, vir et virtute et pietate illustris, amicus meus, arbitratus est meam apud Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem vestram commendationem negociis suis usui futuram. Quam cum ei negare non possem, libere quae a me postulavit agere apud Reverendissimam Illustritatem Vestram aggredior. Ad dignitatem Archiepiscopalem, qua Sacra Maiestas Regia nuper illum ornavit, aliud nihil sibi deesse putat, quam celerem Diplomatum Confirmationis Sedis Apostolicae, quorum causa istuc mittit, expeditionem. Hanc vero cum sciat non prius obtineri posse nisi fuerit tanta pecunia, quanta Archiepiscopatus ipse iuxta veterem morem censi aestimarique solet, in cancellaria Sedis Apostolicae persoluta, opera et adiutorio Vestrae Reverendissimae Dominationis opus habet, ut Sanctae Sedi referat redditus huius Archiepiscopatus hac temporum iniquitate, dum ab haereticis vis bonis Ecclesiae infertur, et decimae pene omnes intercipiuntur, maxima ex parte diminutos esse, adeo ut, si proventus honorum et decimarum Archiepiscopatus nunc censi quis velit, vix illorum partem dimidiam, ad antiquam aestimationem proportione facta, inveniret. Haec cum ita se habeant, supplicare Reverendissimus Dominus nominatus et electus Archiepiscopus Sedi Apostolicae cogitur, ut de summa antiquitus numerari ad cancellariam solita aliquid remittatur. Siquidem ut integre solvatur, vix ulla ratione praestare posset. Nam et aere alieno obstringeretur et munus, tum Regni tum ecclesiarum Provinciae publicum, cuius muneris primas partes obtinet, ex sua et officii sui dignitate tueri et sustinere non posset. Quaeso igitur Illustrissimam Dominationem Vestram, ut pro sua in me voluntate proque ea, qua completi dignatur Polonum nomen, humanitate et benevolentia preces ipsius Reverendissimi Domini Electi gratia et autoritate sua apud Sanctissimum Dominum nostrum iuvare dignetur, quo videlicet diplomata confirmationis, quorum causa istuc mittit, celeriter et minori quam antehac solitum est sumptu et impensa conficiantur. Quo quidem facto, Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra cum de ipso Reverendissimo Domino Electo tum de reliquo ordine ecclesiastico in hoc Regno optime merebitur magnamque sui nominis laudem et charitatem apud omnes excitabit. Servet Deus Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem Vestram diutissime incolumem, ad illustrandam sui nominis laudem et Ecclesiae suae ornamentum. Cui me obsequiaque mea iterum atque iterum officiosissime commendo. Datum ex Bodzaczin, XVIII Iunii, MDLXII.

u) Vestrae Illustrissimae Dominationis
obsequentissimus Servus
Philippus Episcopus Cracoviensis
et Vicecancellarius Regni Poloniae subscripsit.)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

Vilnae, 20.VII.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali;
Ioannem Wysocki, a se ad [Paulum IV] papam missum, commendat.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 61.*

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni nostri protectori [etc.]. Salutem et totius foelicitatis continuum incrementum.

Reverendissime in Christo pater, amice noster charissime.

Cum mitteremus ad Sanctam Sedem Apostolicam Venerabilem, devotum, nobis dilectum Ioannem Wissoczki de Budzislaw, Abbatem Landensem, Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis Cantorem et Canonicum ac nostrum Secretarium, mandavimus illi Paternitatem Vestram Reverendissimam nostro nomine visere ac cuncta fausta et foelicia illi nostro nomine praecari atque de iis rebus, quae nostro nomine cum Sanctissimo Domino nostro acturus est, cum eadem conferre. Postulamus itaque a Paternitate Vestra, ut illi ea referenti fidem habeat indubiam atque in iis negociis expediendis, quorum causa a nobis mittitur, eundem opera et autoritate sua apud Sanctissimam Sedem Apostolicam iuvet. Faciet nobis Paternitas Vestra rem valde gratam et benevolentia nostra compensandam. Quae diu foelix valeat. Datum Vilnae, XX die Iulii, anno Domini MDLVII.

u) Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni nostri Protectori [etc.].

Alia manu: 57. Vilna. Il Re di Polonia di 20 di luglio.

u)-v) *Manu propria.*

Posnaniae, 24.X.1559.

*Andreas [Zebrzydowski], episcopus Cracoviensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
rogat, ut Stanislaus Stomowski, suffraganeus Cracoviensis, beneficia sacerdotalia retinere possit.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 62.*

Reverendissime in Christo Pater et Illustrissime Princeps, Domine, Domine maior Observandissime. Deditissimam mentem meam Vestrae Dominationi Illustrissime defero. Eos, qui aliquid a Summo Sanctissimoque

Pontifice nostro impetrare cupiunt, vestrae Dominacioni Illustrissimae diligencius soleo commendare, maxime autem eos, quorum studium et operam Ecclesiae Christi utilem esse iudico. Sed si quem unquam diligenter commendavi, Dominum Stanislaum Slomowski, Cantorem et Vicarium Generalem meum Cracoviensem ac propinquum fratrem meum, ita diligenter commendo, ut neminem neque diligentius neque magis ex animo commendare possim. Suffraganeatum Cracoviensem ei contuli, in eo igitur honore consequendo si eum apud Sanctissimum Pontificem nostrum gracia et authoritate sua adiuverit, nihil hoc tempore facere graciosius mihi potuerit, maxime autem si id effecerit, ut in retinendis sacerdotiis suis Sanctissimi Pontificis nostri liberalitatem agnoscere possit. De quo iccirco ita diligenter scribo, ut Dominatio Vestra Illustrissima plane intelligat neminem esse ex omnibus meis domesticis et amicis, pro cuius dignitate magis apud Vestram Dominacionem Illustrissimam laborare debeam. Quam Christus Iesus diutissime servet superstitem. Datae Posnaniae, vigesimaquarta mensis Octobris, anno Domini 1559.

u) Reverendissimae et Illustrissimae Dominacionis
Vestrae devotissimus servus
Andreas Episcopus Cracoviensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regnique Poloniae [Protectori] [etc.].

Alia manu: Posnania.^{a)} Decima quarta calendas Octobris. Il Vescovo di Cracovia.

a) *In ms.* Pasmomia.

u)-v) *Manu propria.*

N. 63.

Vilnae, 3.IX.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis;
nuntiat submissionem Livoniae eamque a Moscovia defendere se obligat.
Exempl.*

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 63.

In nomine Domini. Amen.

Nos, Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Notum facimus universis et singulis praesentibus et futuris harum noticiam habituris. Quod cum superiore anno Livoniam Provinciam, magno Ducatui nostro Lithuaniae vicinam foedereque et voluntate nobis coniunctam, Moschorum princeps armis invasisset multisque in ea caedibus aeditis²⁾ atque patratibus longe lateque vastavisset et cum plura oppida atque arces ibidem in suam potestatem redigisset, magnum praeterea captivorum numerum inde in servitutem abduxisset, ita ut Reverendissimi et Illustrissimi Principes, Domini Quilchelmus Archiepiscopus Rigiensis, Marchio

Brandenburgensis, Stetinae, Pomeraniae, Cassuborum et Vandalorum Dux, Burgravius Norimbergensis et Rugiae Princeps et Dominus Christopherus, electus coadiutor Archidioecesis Rigiensis, administrator Episcopatus Radzeburgensis, Dux Megapolensis et Vandalorum Princeps, terrarum Rostochiae et Stargadiae²⁾ Dominus, nec non venerabile capitulum, ordines, status et subditi Archiepiscopatus Rigiensis, cum viderent se Livoniamque totam positam esse in summo discrimine atque Moschis viribus imparem, ad nos confugere opemque nostram in rebus suis dubiis implorare coacti sunt. Nos et si cum consiliariis nostris Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae perpendebamus,³⁾ quanta pericula nobis in defendenda Livonia adversus Moschos adeunda essent quantusque sumptus, quantus apparatus in id bellum faciendus, tum et illud imprimis veniebat in mentem: foedus nobis cum Moschis hoc tempore intercedere atque obstare, quo minus Livones armis adversus Moschos iuvare possemus. Tamen cum et condiciones, quibus iureiurando fideque hosti data soluti esse possemus, nobis proponerentur⁴⁾ et multa praeterea adducerentur⁵⁾ in medium, quamobrem Livoniae periclitanti ferri a nobis subsidium oporteret, post multos tandem variosque tractatus ultro citroque habitos miserati vicem atque cladem nobis coniunctae provinciae, ita ut cum memoratis Reverendissimis et Illustrissimis Archiepiscopo eiusque coadiutore constituimus eamque pacationem fecimus. Primo quidem ut soluti iureiurando atque foedere licite pro Reverendissimis et Illustrissimis Dominis Archiepiscopo eiusque coadiutore capituloque, statibus et subditis illius contra Moschos arma sumere videri possemus.

Contulerunt se memorati Domini Archiepiscopus et Coadiutor, capitulum, ordines, status et subditi in fidem et clientelam et protectionem nostram, miseruntque ad nos legatos suos plenis mandatis eam ad rem prestandam instructos, atque eius protectionis et sumptuum⁶⁾ bellicorum nomine, quos et postea, si bellum gerendum erit, et nunc iam statim in apparatus ipsius belli facere nos haud parvos oportebit, tum etiam gratitudinis erga tradituros se nobis promiserunt certos tractus, arces, praefecturas et praesidatus in praedicta archidiocesi⁷⁾ iure obligato,⁸⁾ velut arces Margenhauzen et Lenenarth et praeterea duas curias Labon et Bierssen, cum omnibus oppidis, villis, pagis, curiis, locis, vasalis et subditis tam nobilis generis quam plebei, redditibus⁹⁾ quoque, utilitatibus et emolumentis quibuscunque, et in universum cum omnibus iis, quecunque¹⁰⁾ ad ipsas arces, praesidatus et praefecturas¹¹⁾ atque ad ipsas curias pertinent, veluti ex antiquo arces et curiae ipse,¹²⁾ suis metis et limitibus circumscripti sunt et terminati, cumque omni iure et dominio, nihil ibi pro se et suis successoribus reservando aut excipiendo.

Nos autem vicissim promittimus pro nobis et successoribus nostris, quod manentibus iis pactis et conditionibus¹³⁾ memoratos Reverendissimos et Illustrissimos Dominos Archiepiscopum eiusque Coadiutorem, capitulum, status et archidiocesim suam eorumque successores legitimos adversus omnem vim atque impetum Moschorum armis, viribus et copiis nostris tuebimur et defendemus successoresque nostri tuebuntur et defendent tamdiu, quamdiu Livoniae et archiepiscopatus ipsi pax cum Moschis sive armis sive pacatione et conditione aliqua non fuerit constituta, pactis tamen atque foederibus apud oppidum Pozwole ante biennium

initis et confirmatis manentibus nobis cum Livonibus integris atque salvis.

Promittimus etiam pro nobis et successoribus nostris, quod singulis in praesidatibus memoratis subditis, tam nobilibus quam ignobilibus, spiritualibus et secularibus,²⁾ militibus et ordinis equestris archidiocesis hominibus, oppidanis, rusticis, colonis iura, privilegia, libertates, feuda, leges, sacra, ritus, religionem apud eos usu receptam et consuetudines inveteratas, quibus hactenus usi sunt, integras conservabimus, neque allius²⁾ subditorum bona mobilia vel immobilia temere auferri,²⁾ invadi, vexari aut diripi passuri sumus.

Quod vero ad nobilitatem atque vasallos illorum praesidatum attinet, officiales nostri ius dicent illis et iusticiam administrabunt secundum leges et consuetudines archiepiscopatus et Livoniae provinciae, relicta unicuique libera ad nos provocandi facultate.

In gerendo etiam communibus viribus adversus Moschos bello illum morem et consuetudinem tenebimus, ut praefecti exercituum nostrorum castra sua, quoties opus fuerit, cum castris atque copiis Livonicis et Archiepiscopi coniungant consiliaque inter se mutuo comunicent,²⁾ quo ordine videlicet et consilio rem ex utilitate communi gerere debeant.

Quod si divino adiuvante beneficio partem aliquam hostilis regionis atque terrae occupare atque subiugare nos communibus viribus contigerit, tum partitio atque divisio ipsius ex equo²⁾ inter nos atque Livones fieri debet, dummodo regiones ipse²⁾ bello quesitae²⁾ ex eo numero non sint, quae praeteritis a magno Ducatu Lithuaniae per Moschos sunt abstractae et occupatae. Namque hae regiones, si recuperatae fuerint, nobis magnoque Ducatui Lithuaniae cedere atque adiungi rursus debebunt. Eademque ratione et illa, quae Livonibus per Moschos sunt erepta, si recuperabuntur, in dictione et potestate Livonum manere debebunt.

Atque etiam quoties nostros exercitus ad propulsandum hostem in Livoniam necessitas inevitabilis duci postulaverit, providebitur, ne subditis illius Provinciae ulla devastatio aut damnum aliquod per milites nostros fiat.

Perfecto autem cum Moschis bello, aut pace certis aliquibus conditionibus cum iis composita, si ipse Reverendus Dominus Magister aut sui successores a nobis vel a nostris successoribus praesidatus memoratos nobis tradendos habere atque consequi voluerit, summam nomine sump-tuum bellicorum, hoc est sexies centena millia florenorum, quatuor et viginti grossos Lithuanicos pro singulis florenis numerando, nobis aut successoribus nostris prius numerabunt, qua tandem numerata nobis aut successoribus nostris, arces et praesidatus praedicti dimitti illis in eodem statu, in quo eos accipiemus, per nos vel successores nostros sine ulla difficultate²⁾ aut cunctatione debebunt.

Verum si missa legatione ad Moschum Livonia pacem obtinuerit, ita ut bellum inferre necessarium non sit, summam ipsam integram a domino magistro vel eius ordine non exigemus, sed pro ratione sumptuum erimus contenti.

Aequum etiam censemus, ut si quid adversus pacta apud Pozwole inita utriusque commissum est, ut ex praescripto illorum ius dicatur iis, qui aliquod damnum, iniuriam aut vim passi sunt atque hac ratione unusquisque debitam iusticiam consequatur.

Conventum etiam inter nos est, ut ante omnia mittamus oratores nostros ad Moschorum principem, ita ut ad tempus Divi Martini constitui illic possint, denunciantes illi, ut a Livonibus veluti iam clientele ²⁾ nostrae populis abstineat neque in eam provinciam, quae nomine protectionis et clientele ²⁾ nostrae iam quodammodo facta esset, hostilia arma inferat utque etiam ablata omnia et occupata una cum captivis restituat, damna illata resarciat, alioqui nos defuturos Livonibus non esse. Sub idem vero tempus Divi Martini Reverendus et Magnificus Dominus Magister praesidatus memoratos per commissarios ²⁾ suos hominibus nostris, quos ad accipiendam possessionem missuri sumus, tradere et dimittere sine ulla cunctatione debebit atque subditis omnibus illorum locorum et praesidatum iniungere et praecipere, ut nobis praefectisque nostris et officialibus in omnibus pareant et obediant,²⁾ nomineque reddituum, vectigalium et tributorum, ita ut ex antiquo soliti sunt, respondeant. Hoc etiam adiecto, ut si quid commendatores vel praefecti ipsorum praesidatum in illis arcibus sive curiis rerum vel debitorum suorum habent, reportandi et exigendi illa iustum atque liberum tempus habeant. Qua in re a nostris praefectis adiuvari et non impediri debebunt. Quantum etiam victus, commeatus, instrumenti bellici aut domestici in ipsis arcibus relinquent, tantumdem in restitutione praesidatum ex inventario rursus reddent. Quoties etiam expeditionem adversus Moschos vel alios quoscunque hostes facere Livones contigerit, conventum inter nos est, ut nobilitas, quae praesidatibus ipsis nobis tradendis continetur, queque ²⁾ munia bellica antiquitus est obligata coniungere se aliis Livonibus in ipsa expeditione sit adstricta.

Regundorum autem finitum negotium ea parte, qua praesidatus ipsi nobis tradendi diones nostras attingant, manere debet in suspenso usque ad praesidatum restitutionem, ita ut circa restitutionem ²⁾ executiones deducantur.

Comendatorem ²⁾ etiam veterem Bauscensem, Iustum Valgerawen, in usu, fructu et possessione Curiae Rozithen ad praesidatum Bauscensem pertinentem, ad extremum vitae eius tempus relicturos nos esse promissimus, salvo tamen iure nostro atque ut post mortem illius Curia ipsa cum omnibus redditibus, qui ^{f)} ad eam pertinent, ad nos successoresque nostros devolvatur.^{g)}

Aliis vero comendatoribus, qui nobis Arces et praesidatus memoratos tradituri atque dimissuri sunt, liberum erit singulis singulas Curias in ipsis praesidatibus retinere usque ad initium mensis Martii anni insequentis, atque ea omnia ut tamen maiore fide, religione et autoritate sancirentur inter nos, adhibito iureiurando servaturos nos esse illa sancte et inviolabiliter promissimus. Nostrum et consiliariorum nostrorum Magni Ducatus Lithuaniae sigilla appendi hisce litteris iussimus. Actum et datum Vilnae tertia die Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono.

a) *In ms.* perpendebanus.

b) *In ms.* proponeretur.

c) *In ms.* aducerentur.

d) *In ms.* sumptum.

e) *In ms.* auferi.

f) *In ms.* quae.

g) *In ms.* devolvantur.

x) *Lectio incerta.*

z) *Sic in ms.*

Cracoviae, 3.IV.1561.

*Bernardus [Bongiovanni], episcopus Camerinensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
de Adamo Konarski, Romam a rege [Sigismundo Augusto] ad papam
[Pium IV] misso, deque nominationibus ad episcopatus Vladislav-
viensem [Iacobi Uchański] et Chelmensem [Nicolai Wolski].*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 64.

Illustrissimo e Reverendissimo mio Signore e padrone osservandissimo.

Venendosene dinuovo in Roma il Signor Adam Conarschi mandato dal suo Serenissimo Re per i negozi di Sua Maestà, dalquale Vostra Signoria Illustrissima e Reverendissima sarà pienamente informata dello stato presente delle cose di questo Regno, così ecclesiastiche come secolari; ho giudicato che saria superfluo il darne altramenti ragguaglio alla medesima, perilche riportandomi a quando da esso ne potrà intendere, la presente sarà solo per farle humilmente reverenza e pregarla che si come per il passato non ha mancato mai di tener particolar protezione delle cose di Sua Maestà e di questo Regno, et esserne in ogni occasione fautrice, vogli con la medesima affettione fare il simile per l'avenire; e perchè con l'autorità datami da Nostro Signore ho posto fine, procedendo però giuridicamente, alla causa del Nominato d' Vladislavia, et in breve giugneranno in Roma due mandati, uno del suddetto Nominato, et l'altro del Nominato di Chelma, per ispedire le Lettere delle confermationi, prego Vostra Signoria Illustrissima e Reverendissima che faccia lor gratia d'esserle in ciò favorevole, non solo in proporre in Consistorio, ma in ogn'altra occasione ove facesse lor bisogno dell'aiuto e favore di quella, et acciò possa più liberamente, et informata apieno, parlarne con li medesimi; manderò le scritture per le quali verrà ad esser particolarmente istrutta di tutto 'l successo. Che sarà il fin di questa, e baciandole humilmente la mano, prego Nostro Signore Dio che la conservi longamente sana e felice. Di Cracovia, il dì III d'aprile del LXI.

Di Vostra Signoria Illustrissima e Reverendissima
Devotissimo et humile Servitore Bernardo
Vescovo di Camerino

A Monsignore Illustrissimo Farnese.

Alia manu additum: cc 10-2 Bianchi.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardenal ^{z)} Farnese. Roma.

Alia manu: 1561. 3. Aprile. Cracovia. Il Vescovo di Camerino.

^{z)} Sic in ms.

Ignotus

ad usum Curiae;

*memoriale de pecunia, a Paulo III P.M. regi Poloniae Sigismundo I olim
ad defensionem contra Tartaros data.*

Exempl. fragm. (Deest initium et finis).

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 65.

.....qui Serenissimus Poloniae Rex Sigismundus a Sultano^{a)} provocatus, qui numerosissimo ac validissimo exercitu fluvium Boristhenem transiverat, Poloniamque penetravit et pleraque loca...^{b)} dicti Regni penitus devastavit, coactus est quam maximum et copiosissimum potuit exercitum parare et in bellum contra praedictos Tartaros personaliter se conferre, constitutis iam in eo discrimine rebus suis, ut non solum de ipsius Regni Poloniae, sed de Ducatus quoque Moraviae ac Bohemiae Regni salute agatur. Ideo significavit Sanctissimo Domino Paulo III, tam per litteras suas quam per specialem nuncium, magnificum et nobilem Thomam, Aulicum suum, ut ipsi Regi de aliquo subventionis auxilio opitulari et afflictis eius rebus succurrere dignaretur. Sanctitas Sua, non obstante imminente Turcarum periculo, mature omnibus consideratis, eidem Regi X millia ducatum summam de consilio et assensu fratrum gratiose donavit; quae quidem summa debebat extrahi ex provisionibus ecclesiarum: Gneznensis, vacantis per obitum, et Cracoviensis et Plocensis et Premisliensis per translationem; reliquum, quod supererit ex dictis expeditionibus, debeat pro rata dividi inter Sacrum Collegium et participantes de annata et alios officiales, quibus taxae debeantur.....

In margine superiore recentissime quidam scripsit: 1537 (Thomas Sobocki).

a) Sic in ms., diff. lectu. Scriptor Tartarorum dominum, qui communiter "chan" vocatur, titulo "sultani" nominat.

b) Verbum male scriptum, non legitur.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Octavio Farnesio duci Parmae;

*accepta relatione oratoris sui Adami Konarski, benevolentiam suam eidem
duci declarat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 66.

Illustrissimo Signor, Amico et Parente nostro Carissimo.

La fedele relatione che n'ha fatta il Venerabile Adamo Conarski, nostro ambasciatore, nel suo ritorno di Roma, congiunta con la visita

et altre amorevoli offerte, fattone in suo nome, è stata di tal qualità che senz'altra consideratione n'ha indotte a scriverle questa nostra, non solo per ringratiarla di questo suo pensiero ^{a)} amorevole, che l'ha tenuto di noi, ma anche per offerirne prontissime et desiderose, che da Lei ne sia data occasione, mediante la quale possa con effetti vivi di volontà et d'amor conoscer' la gratitudine nostra. Et con tal conclusione, augurando a Vostra Signoria Illustrissima lunga et felicissima vita, facciamo fine. Date nel Castel nostro di Vilna alli II di Gennaro del LXI.

u) Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.v)

In marg. infra: Per l'Illustrissimo Signor Duca Ottavio.

In dorso: All'Illustrissimo Signor Ottavio Farnese etc.

Alia manu: 61. Di Vilna. XI di gennaio. Il Re di Pollonia.

a) *In ms.* pensieri.

u)-v) *Manu propria.*

N. 67.

Cracoviae, 4.IV.1562.

*Bernardus [Bongiovanni], episcopus Camerinensis,
Alexandro Farnesio cardinali;*

*de episcoporum suffraganeorum in Polonia conditione et utilitate; de
suffraganeo concedendo episcopo Vladislaviensi [Iacobo Uchański];
de prospectatis nuptiis sororum regis Poloniae [Catharinae et Annae
Jagellonicarum] cum principibus Suetiae.*

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 67.

Illustrissimo et Reverendissimo Signor et Padrone suo osservandissimo.

Il Vescovo de Vuladislavia ^{z)} me ha mandata una lettera diretta a Nostro Signore et una a Vostra Signoria Illustrissima per le quali me dice che prega quanto sia possibile se gli conceda, come è solito, il suffraganeo per la sua chiesa, al quale di consenso del suo capitolo assegna tante ville, che fruttano più de trecento ducati ongari. Questa cosa a me pare licita, si perchè in questo Regno sono pochi vescovi, et quelli come sogliono essere eletti quasi sempre vecchi, non sono molto atti alle fatiche delle diocesi grandi che hanno, oltra che per essere senatori sempre sono ubligati ^{z)} de intervenire ai consigli et determinazioni della loro Republica. Però ogni volta che assegnino al suffraganeo che possa vivere honestamente, a me pare che sia ben fatto. Onde supplico Vostra Signoria Illustrissima voglia degnarsi aiutare questa espeditione, che se habbia presto, perchè penso che questo Vescovo sarà nominato per Arcivescovo acciò questo huomo da bene non habbia poi con altri difficoltà.

Qui non havemo altro di nuovo, se non che si tratta di dare

le signore Infanti a questi Principi di Suetia. Il che con tutto il resto ch'io scrivo sempre so che Vostra Signoria Illustrissima intende nelle congregazioni. Però senza più fastidirla humilmente glie bascio le mano.^{z)} Da Cracovia il IIII de aprile del 1562.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
u) Humile et Devoto Servitore Bernardo
Vescovo di Camerino.v)

In dorso: All'Illustrissimo etc. Cardinale Farnese.

Alia manu: 62. Cracovia. Il Vescovo di Camerino IIII d'aprile.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 68.

Cracoviae, 31.I.1562.

*Bernardus [Bongiovanni], episcopus Camerinensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
de comitiis initiatis Petricoviae; de capitulatione Livoniae acceptata; de
electione episcopi Vladislaviensis [Iacobi Uchański] in oratorem ad
Concilium generale; de Turcis in Valachia.*

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 68.

Illustrissimo et Reverendissimo Signor Osservandissimo.

Hiersera tornai da Lompza^{z)} de Masovia, et non ho voluto mancare con questo spaccio fare reverenza a Vostra Signoria Illustrissima. De qui non li posso dare altra nova se non che in questo convento non è fatto altro se non che dopo la ottava de Pasqua se comencino le Comitie generali in Petricovia, loco ordinario, dove se tratterà la defensione del Regno da ciascuno, el governo in assenza del Re et la accettatione et capitulatione dei Livoni, quali hanno giurato obbedienza al Re con alcuni Capitoli che a molti non satisfano, sendo de gran spesa et travaglio per la guerra continua con el Moscovita et lontananza de mille miglia, et benchè sia un reparo alla Lituania, a Pollonia^{z)} però non è molto necessaria.

De più sono stati eletti per Ambasciatori al Concilio el Vescovo de Vuladislavia,^{z)} quale prima nel sinodo era stato nominato da Sua Maestà, et el fratello del Vescovo de Chelma, Senatore del Regno molto honorato; è ben vero che non potranno partire fino alla fine de aprile che siano spedite le faccende del Regno quale questi non possono mancare per essere persone de conto, et se Sua Maestà avesse elette persone che non fossero del senato, non sarebbe stato bene, perchè al ritorno per desprezzo harriano fatto tutto el contrario, non sendo qui stimati se non li Senatori.

De Valacchia tuttavia se intendono miglior nove per el Disposto,^{z)} perchè li Turchi et Tartari mandati in favore de Alessandro già Palatino, quando hanno veduto el Paese tutto inimico a Alessandro et favorevol'

al Disposto, sono retornati a casa loro, et el Disposto ha mandato a questo Re et al Turco che lo vogliano tenere in quelli termini che haveano Alessandro sendo piaciuto a Dio si facilmente renderli el suo, ma questa Maestà ha detto a quel Ambasciatore che lo seguiti in Lituania dove li darrà la resolutione et così ha fatto; et con questa baso humilmente le mani de Vostra Signoria Illustrissima. Da Cracovia el di ultimo de genaro 1562.

De Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
Devotissimo et humile Servitore Bernardo
Vescovo de Camerino.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] il Cardinale Farnese [etc.].

Alia manu: Il Vescovo di Camerino. Di Cracovia, l'ultimo di genaro 1562.

z) *Sic in ms.*

N. 69.

Volborii, 24.VI.1562.

*Iacobus [Uchański]
Alexandro Farnesio cardinali
de sua post obitum Ioannis Przerębski ad archiepiscopatum Gnesnensem nominatione, a rege [Sigismundo Augusto] facta; ad Concilium generale designantur episcopi Chelmensis [Nicolaus Wolski] et Premisliensis [Valentinus Herburt]; confirmationem propriae promotionis et reductionem annatae expostulat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 69.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine mi Clementissime.

Officiorum meorum in gratiam Vestrae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis promptitudine commendata. Post obitum viri clarissimi Ioannis Prerembii, Archiepiscopi Gnesnensis, Dei benignitate et optima Sacrae Maiestatis Regiae erga me voluntate in eius locum designatus sum. Qua re omnem profectionis ad Concilium spem mihi praeclusam esse animadverto. Unde non mediocris dolor animo meo accessit, cum antea ^{a)} illa proficiscendi provincia mihi esset delata, nunc eam mihi e manibus eripi. Sacra enim Maiestas Regiae, senatorius ordo et proceres Ecclesiastici, tum et Illustrissimus Nuncius, qui a Sanctissimo Domino Nostro huc ad Regnum Poloniae Legatus est Reverendissimus Episcopus Camerini, serio disuaserunt, ^{b)} ne amplius in eo proposito perstarem, ad eum ordinem archiepiscopalem assumptus, qui Regni Primatum una secum ferat. Sed mei loco Reverendissimi Chelmensis et Peremisliensis ut mittantur: ille quidem iam iam exeat praecedatque, iste subsequatur nulla interposita mora. Qua de re inter nos graviter est consultatum. Ego interea Ecclesiae et patriae negociis tantum inservio, quantum possum, non quantum illae indigent, nam eam quidem ad rem

multorum opus est consiliis et opera. Attamen nunc primum, quo maior est dignitas, eo maiores difficultates ferendas esse perspicio, maiores sumptus faciendos; quibus hic in dignioribus locis eminentes, qui aliquid esse in Republica volunt, neque haberi contemptui, parcere non est necesse: cum propter retinendam existimationem partamque dignitatem amplificandam, tum propter conciliandas magnatum clientelas et familiaritates, quibus nunc nobis maxime opus est ad resistendum adversariis Ecclesiae. Quamobrem et ego minoribus episcopatibus praefectus in hoc totus eram, ut et conventionibus equestris status creberrimis adessem et nulla iis similia onera detrectarem. Quae res non exiguas exhausit impensas. Quae quoniam antehac non gravate a me suscipiebantur, par est, ut ne poscente quoque id huius ordinis dignitate nunc a me intermittantur; sed magis ac magis iuvandae religionis et Reipublicae causa, non conatibus tantum, sed ne immensis quidem sumptibus parcendum esse. Cuperem equidem impensas ubique me facere in res summe necessarias, sed in hac Republica, in qua modus et frugalitas suam laudem non habet, in his septis consistere non licet. Vivendum enim hic primae notae hominibus est etiam ad splendorem, ne dicam ostensionem, non tantum solam necessitatem, praecipue in conventionibus generalibus. Quae etiam nunc Ecclesia et Republica sic opus habente litteris Sacrae Maiestatis Regiae edicetur propediem, ut omnes quidem sperant et optant, ob negotiorum Reipublicae magnam vim, diutius quam unquam antehac duratura. Cui me cum numerosissimo satellicio interesse oportebit locumque Archiepiscopi et Primatis Regni, pro more, in Senatu, licet adhuc confirmatione Sanctissimi Domini Nostri caream, habere. Et neminem esse confido, qui impensarum quantitatem, quas eo tempore facere me oportebit, apud se nesciat expendere: praesertim nunc ita clarissimis viris Ecclesia et Respublica orbata, qui aut e vivis sublati, aut morbis senioque confecti, maiora nobis, mihi praecipue, onera sustinenda reliquerunt. Huc accedit contributio, quam episcopi Sacrae Maiestati Regiae, cum Moscho, Suevorum rege, Scythis et aliis adhuc quibusdam (qui non lacessiti incurrunt) bellum gerenti, quisque ex suis episcopatibus, non mediocrem contulimus, sed qua tamen Respublica ita non est contenta, ut aut secundo per nos conferenda sit, aut nostras copias contra hostem expedire cogamur. Huc faciunt eleemosynae, a me antehac hucusque in pauperes et litterarum studiosos magno numero circa me litteris incumbentes non impigre praestitae; quas amplificato honore et propter eam quam videmus inopiam sacerdotum tollendam et propter archiepiscopalem dignitatem retinendam existimo magis nunc a me exerceri debere. Qui vero exerceam, si me ingenti aere alieno mancipavero? Quod et nunc ob belli tumultus apud nos magno negotio conquiretur, nisi forte bona Ecclesiae creditoribus adversariis, qui praecipue nummatiores sunt, cum oppressione et gravamine subditorum oppignoranda essent. Quam ad rem cavendam Sanctissimi Domini nostri clementia opus est. Itaque cum nobis est optime persuasum Vestram Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem nostrae gentis homines admodum diligere, et eandem merito suo apud Sanctissimum Dominum Nostrum magna valere autoritate, Vestram Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem etiam atque etiam rogo, ut apud eius Sanctitatem sua intercessione meam postulationem iuvet, et roget, ut Sua Sanctitas eorum, quae et ego commemoravi et aliis sunt notissima, clementi habita ratione, et quod in uno anno bis annatam solvere integram mihi esset gravius, dignetur si non plus, saltem dimidium, annatae pensionis pro

diplomatis persolvendae benigne condonare. Ego autem omnibus quibus obsequiis potero hanc Suae Sanctitatis clementiam promereri curabo, Deumque precabor, ut illius Sanctitatem^{b)} quam diutissime in amplissima hac Apostolica Sede felicem et incolumem servet. Vestrae vero Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi ut semper me multa debere fassus sum, ita deinceps me multo maiora debere fatebor, et clementiam Vestrae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis depraedicabo curaboque, ut me neque ingratum neque immemorem suorum beneficiorum agnoscat. Quod reliquum est, me meaque officia Vestrae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi diligenter commendo. Quam ut Deus diu servet sanam et felicem, ex animo opto. Volborii, XXIII Iunii, anno Domini 1562.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Vestrae Dominationis humilis cliens et deditissimus servitor Iacobus episcopus Wladislaviensis et electus Gnesnensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

a) *In ms.*: anteea.

b) *In ms.* Sanctitatis.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 70.

Orisewo, 23.VI.1562.

Nicolaus [Wolski], episcopus Chelmensis, nominatus Wladislaviensis, Alexandro Farnesio cardinali; a rege [Sigismundo Augusto] ad episcopatum Wladislaviae et Pomeraniae promotus, a Sancta Sede translationem petit.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 70.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine Clementissime.

Servitutum meam perpetuam Illustrissimae ac Reverendissimae Paternitati Vestrae submisso defero et commendo.

Cum Serenissimus Rex Poloniae, Dominus meus clementissimus, me in episcopum Wladislaviensem et Pomeraniae renunciasset, operam et auctoritatem Illustrissimae ac Reverendissimae Paternitatis Vestrae ad assequendam ex Chelmensi in Wladislaviensem ecclesiam translationem summopere mihi fore necessariam existimarem. Itaque etsi ignotus, promptissimus tamen ad omnia mandata servitor, venio ad Illustrissimam et Reverendissimam Paternitatem Vestram humiliter rogans, ut auctoritate sua apud Sanctissimum Dominum Nostrum meum istud negocium promovere atque in eo clementiam suam declarare dignetur, quo translationem citra quasvis difficultates habere queam. Ego vero Illustrissimae ac Reverendissimae Paternitati Vestrae omnem meam servitutem ita defero, ut si aliquando illa opus habuerit, libere utatur, certa cum spe

obtinendi quod mandaverit. Quod autem illam ignotus et nunquam de ipsa meritis interpellare ausus sim, inaudita pene in omnes Illustrissimae Paternitatis Vestrae humanitate et virtutibus, quas omnes in illa sitas esse denunciant, ductus feci, certo mihi persuadens illam, quae omnibus se clementem et benevolam ^{a)} praebet, me quoque ad se euntem amplexuram esse. Commendo tandem iterum servitutum meam Illustrissimae ac Reverendissimae Paternitati Vestrae, cupiens illam diutissime ac foelicissime valere. Datum Orisewo, XXIII Iunii, anno Domini MDLXII.

u) Illustrissime ^{z)} et Reverendissime Paternitatis Vestrae
servitor et capellanus
Nicolaus Episcopus Chelmensis,
nominatus Wladislaviensis
manu sua.^{v)}

In dorso: Illustrissimo Alexandro Farnesio, [etc.] Regnique Poloniae Protectori [etc.].

a) *In ms.:* benevolam.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 71.

Volborti, 22.VIII.1562.

*Iacobus [Uchański], electus archiepiscopus Gnesnensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
pro Gaspare Gaskan, abbate monasterii Olivensis, a rege [Sigismundo
Augusto] expulso, intercedit.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 71.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Clementissime.

Facta obsequiorum meorum diligentissima commendatione etc. Quia mihi non est obscurum Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram erga omnes, quicumque iniuriis pressi ad eius tutelam et patrocinium confugiunt, magna uti clementia, ideo cum religiosus vir Caspar Gaskan, Abbas Monasterii Olivensis, per calumniatoris cuiusdam ad Serenissimum Regem nostrum falsas delationes abbatia esset pulsus, primum ipse id non mediocriter dolebam. Deinde, cum hoc a me sedulo orasset, pro eo meas ad Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram litteras dandas esse duxi. Neque satis intelligere possum, an quicquam acerbius aut miserabilius esse possit, quam talem hominem, cuius singularem virtutem, locupletem eruditionem, vindicandae Ecclesiae Catholicae studium, mores probatissimos et alia, quae in vero Abbate requiruntur, non sui tantum, qui pulsum abbatia deserere noluerunt, sed etiam vicini mirantur et amant: ab iniusto raptore abbatia eiusque bonis despoliari. Certe neminem esse arbitror, qui hac eius iniuria, fraudibus

et dolo circumventi commoveri non possit. Cum eius tanta innocentia fuerit, ut cum causa ad suum Superiorem, Cisterciensem Abbatem in Gallia esset devoluta et iudicio conditorio diligenter examinata, non solum eorum quorum accusabatur convinci non potuerit, sed etiam innocentissimus et iustissimus sit repertus; id, quod etiam per Reverendissimi Domini Episcopi Camerinensis, Nuncii ad nos Apostolici, Commissarios Reverendissimos: Ioannem Prerembium Archiepiscopum Gnesnensem et Noskowitzium Plocensem Episcopum similiter inventum et iudicatum est antea²⁾ publice in Provinciali Synodo. Licet autem ea ita essent acta, tamen callida, importuna et versuta adversarii consilia ita invaluerunt, ut hactenus nulla iuris apud suum superiorem decisi executione fieri potuerit. Quae omnia Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae ex his iuvenibus, qui in eadem sunt calamitate et in hoc praecipue negotio in Italiam mittuntur, tum et ex actis transmissis, planiora erunt. Ego solummodo ea, quae miserabilis eius cum fratribus conditio et pietas charitati debita negligere non potuit, in praesentia refero. Quae tamen tanto veriora sunt, quanto mihi episcopale munus ferenti notiora sunt. Neque me hoc praeterit illud monasterium nunc a nullo fratrum legitimorum inhabitari, — qui, etiamsi id liberum esset, ob eam violationem et profanationem domus, non facerent — nisi ab his, quos temerarius eiecit, nescio qua autoritate, non ita multo ante, rasis tantum capitibus, fratres constituit.

Qua ego rei motus indignitate, temperare zelo meo non potui, quin meis litteris Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae Abbatem, hominem pietatis et aequitatis studiosissimum, litteratorum patronum, propugnatorem Ecclesiae, ita commendarem, ut iam maiori studio commendare non possem, simul orans, ut ei in benignam tutelam et patrocinium clementer suscepto et apud Sanctissimum Dominum Nostrium et apud eos, ex quibus haec iustitiae administratio pendet, dignetur esse auxilio: ut innocentiae sua dignitate reddita, quae tamdiu iniquissimi calumniatoris astu suppressa, non tamen oppressa extitit, cum suis conventualibus fratribus suae abbatiae et officio restituatur. Cum, praeter hoc, simile facinus in hoc regno non solum non admissum, sed ne auditum quidem sit hactenus, ubi contra ius apud suum superiorem sancitum, contra repertam innocentiam, contra constitutam executionem, contra publicae synodi iudicium, contra omnes orbis terrarum leges, expulsor iniustissimus, necdum professor, monasterio bonisque eius, Praeside legitimo pulso et gravibus calumniis oppresso, per vim fraudulentiamque direptis et occupatis potiatur. Quae singula ubi Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra apud se aestimaverit atque expendit, nihil dubito Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram huic calamitoso homini, in tutela et defensione illius magnam spem habenti, sponte sua auxilio futuram esse. Sed multo magis etiam, ubi preces meae accesserunt. Quod restat, Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram quam diutissime sanam et felicem esse cupio. Cui me officiaque mea et Abbatem misere afflictum, qui una mecum assidue pro Illustrissima et Reverendissima Dominatione Vestra Deum interpellat, diligentissime commendo. Wolborii, 22 Augusti 1562.

²⁾ Vestrae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis
servitor obsequentissimus
Iacobus episcopus Wladislaviensis et
electus Gnesnensis subscripsit.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regnique Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 72.

Oeniponte, 29.V.1563.

Martinus Cromerus

Alexandro Farnesio cardinali

epistolam ab eo acceptam regi [Sigismundo Augusto] remisit, in qua de bonis maternis [reginae Bonae] agitur. Concilio Tridentino faustum successum exoptat.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 72.

Reverendissime et Illustrissime Domine, Patrone Observandissime.

Studium et obsequium meum summum tibi reverenter et offitiose^{z)} in primis defero. Grata mihi fuit epistola tua, quam his diebus accepi, cum quod abs te missa tanto ac tam ornato principe, tum quod cumulate satis fecit desiderio meo in eo, quod fieri abs te et nosse ex te cupiebam de maternis Serenissimi regis mei bonis. Mittoque eam ad eundem regem meum, ut inde perspiciat is tuum erga se studium et officium, de quo ne prius quidem dubitavit, et pontificis maximi aequitatem propensamque et paternam in se voluntatem; de qua mutata hoc tempore nonnulli huc, nec scio an ad ipsius quoque Maiestatem, perferuntur rumores minus commodi atque etiam argumenta. Quanquam ego ea vana esse arbitror, ac de optimi pontificis sapientia hoc mihi persuadeo eum neque quibusvis quorumvis hominum sermonibus et scriptis de tanto rege fidem adhibere, et horum temporum difficultatem secum reputare, qua maximi quique principes hominum suorum perversis studiis, tanquam saevis tempestatibus et adversis fluctibus, cedere nonnumquam necesse habent, si de summa rerum periclitari nolunt. Cuius rei illustriora exempla in oculos et aures nostras incurrunt, quam ut ea commemorari a me opus sit. Utinam quidem vel absolvatur vel secundiore, quam hactenus, successu progrediatur Tridentinum concilium, et quae passim flagitatur, magis quam speratur adhuc, instauratio disciplinae ecclesasticae, quam reformationem vulgo vocant, minus fortassis cum in Polonia tum ubique gentium laboraremus. Sed quo provehor? Itaque desino. Bene vale, Princeps amplissime, et me in clientium tuorum numero habe, sicut a multis annis habere cepisti. Oeniponte, quarto Calendas Iunias 1563.

u) Tibi addictissimus
Martinus Cromerus.v)

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio, [etc.] Regni Poloniae protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

Oeniponte, 29.III.1563.

*Martinus Cromerus**Alexandro Farnesio cardinali;**rogat, ut in causa bonorum maternorum regis [Sigismundi Augusti, ei a
Bona regina Poloniae relictis] coram Pio IV papa et rege Hispaniae
[Philippo] intercedat.**Orig., sigil.**A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 73.*

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine et Patrone Observandissime.

Studium et obsequium meum summum Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae reverenter in primis defero.

Non auderem interpellare Dominationem Vestram Illustrissimam, nisi et Dominus Georgius Ticinius, cubicularius apostolicus, amicus meus, mihi identidem de favore et benevolentia ipsius erga me literis suis confirmaret, et argumentum scribendi idoneum sese offerret. Imo contra officium mihi facturus videor, si homo ecclesiasticus cardinem et facile primariam columnam Ecclesiae, administer Serenissimi Regis Poloniae eiusdem Regis et Regni protectorem non admoneam ea de re, quae non modo ad Regis ipsius dignitatem et commoda, verum etiam ad regni illius et fortassis aliorum quorundam populorum tranquillitatem et in potestate Sedis Apostolicae perseverantiam in primis videtur pertinere. Ea vero est, ne multis morer Dominationem Vestram Illustrissimam, eiusmodi: Accepi hic tractari nescio quid inter pontificem maximum seu propinquos Sanctitatis eius et Regem Hispaniae de maternis Serenissimi Regis mei supramemorati bonis, quae per summam iniuriam ipsi praerepta vel surrepta in lite sunt adhuc, sive ea lis hic per compromissum, sive Neapoli, sive istic disceptanda est. Rex quidem meus ea bona derelictui non habet, neque alii quidam principes, qui secundum eum ad se ea pertinere iure optimo arbitrantur. Quod si quis alius pertrahere ad se quovis pacto et modo conetur difficilioremque Maiestatis eius causam reddat, non posset id ei, necessariisque et subditis eius non molestissimum accidere. Et fieri posset, ut dolor aliquid ab eis exprimeret eiusmodi, quod cum perturbatione religionis et incommodo Sanctae Sedis istius et ecclesiae Christi coniunctum esset, praesertim cum nusquam desint Satanae sui ministri, qui omnem lacerandae eiusdem ecclesiae occasionem sedulo captant oblatamque omni studio urgent. Quoniam autem longius nunc abest Serenissimus rex meus, bello Moschico implicatus, non abs re me facturum esse existimavi, si non expectato mandato eius, ad Dominationem Vestram Illustrissimam de eo scriberem et ab ea peterem, ut ea pro duplici officio suo, quod superius attigi, subodoretur istic diligentius de re tota et, quantum potest, obsistat commode admonendo, ne quid eiusmodi fiat, quod summam horum temporum perturbationem in toto fere Christiano Orbe vigentem magis etiam augeat et multis praeclaris Sanctissimi Domini nostri actionibus labem fortasse nonnullam aspergat. Tentavit idem ante aliquot annos Paulus quartus. Sed re bene perpensa destitit, ne pluris facere privata commoda alieno

incommodo comparata, quam salutem publicam, videretur. Mitto ^{a)} Caesarem Maiestatem et Serenissimum Regem Romanorum. Quorum uterque mihi fassus est ea se bona petivisse, cum non putaret esse controversa. Postea, cum ea vendicaret iure suo Serenissimus Rex meus, destitisse. Quod itidem ut nunc istic fiat, spero Illustrissimam Dominationem Vestram studio et consilio suo perfecturam esse. In quo pergratum ea faciet Serenissimo Regi meo. Non possum facere, quin illud quoque indicem Dominationi Vestrae Illustrissimae: omnibus nobis hic, atque adeo omnibus ubique bonis piisque vehementer probari pium studium Caesareae Maiestatis in provehendo concilio Tridentino, et quod Maiestas eius, licet annis gravis et maximis negociis distenta, ultro ei praesentiam et operam suam defert ac Sanctissimum Dominum nostrum ad idem provocat. Quod utinam succedat! Esset bene sperandum de meliore, quam hactenus experti sumus, progressu et exitu concilii. Aliter nihil nisi extrema Ecclesiae et religionis perturbatio, quod Deus procul avertat, expectanda est, et superiorum omnium conciliorum ac sacrosanctae sedis apostolicae eversio, non sine sugillatione eorum, qui tam piis pientissimi Imperatoris conatibus defuerint. Quod superest, Dominationem Vestram Illustrissimam diu salvam et incolumem esse opto. Oeniponte, 4. Calendas Aprilis 1563.

^{u)} Illustrissimae Dominationis Vestrae addictissimus
Martinus Cromerus orator Poloniae apud Caesarem.^{v)}

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae protectori.

a) *Pro:* omitto.
u)-v) *Manu propria.*
z) *Sic in ms.*

N. 74.

Cracoviae, 8.X.1563.

*Dionysius Secygniowski, episcopus Camenecensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
rogat, ut canonicatum Gacz retinere possit.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 74.

Serviciis meis debitaque obsequiorum in gratiam Reverendissime ac Illustrissime Paternitatis Vestrae commendatione facta, fausta omnia ac prospera Reverendissime Paternitati Vestrae a Deo Optimo Maximo in annos plurimos et foelices praecor. Etsi nihil addubitem Illustrissimam Celsitudinem Vestram petitioni Serenissimi Principis Regis Poloniae eum esse locum daturam, ut causam nostram de sacerdotii mei retentione summae sibi curae habeat, tamen et ipsi mihi, cui maior episcopalis dignitatis tuendae cura iam inpendet, tacendum non fuit; res enim certe in ea causa, non tam mea privata, quam episcopatus publica vertitur. Optabilius equidem Reverendissime Illustrissimeque Paternitati fuerat, praesertim rebus ita nunc perturbatis, vitam privatam et quietam, mediocribus commodis et praesidiis illi necessariis ornatam vivere, quam

vel summa cum paupertate in Republica esse: nescio tamen quo fato meo, dum altiozem honoris et dignitatis gradum divina ac principis nostri voluntate conscendo, rebus ad eum cum aliqua laude sustinendum mire destituor, longeque in inferiore opum consisto quam in excellenciore honorum gradu consederim. Et qui forte accessione dignitatis episcopalis augendus ornandusque fueram, nunc mihi plane diminutus etiam vitae necessariis praesidiis non obscure videor. Eam enim esse episcopatus mei pertenuium admodum fructuum conditionem sentio, ut praeter ipsam tenuitatem etiam infoelicitatem secum trahant. Ecce enim dum haec Illustrissimae Celsitudini Vestrae scribo, quidam nostratium bona episcopatus mei hostico ingressus animo libereque per omnia grassatus, depopulatis omnibus fructibusque devoratis nihil mihi praeter iacturam, vel triennii diligenti labore vix sarciendam, reliquum fecit. Quid putat Illustrissima Celsitudo Vestra a confinibus mihi hostibus expectandum erit, dum per nostros novatores ista fiant? Instant Regni Comitia, irruunt permulta alia Regni negocia, ubi non consilio solum, sed quidem et viribus magnatumque gratia conficienda erunt, quae omnia quem capiant sumptum optime omnia perspicienti Illustrissime Celsitudini Vestrae non esse perspectissima non possunt. Quid haeticorum technas, odia et iam erumpentem tam in nos quam in templa Dei sceleratam audaciam commemorem, quorum partem maximam Illustrissimam Celsitudinem Vestram non latere certo intelligo. Sed refrenandos aut saltem propulsandos istorum sacrilegos ausus, quas opes Episcopo sufficere existimat? Equidem dum haec ipse mecum saepius non temere quandoque mutatae sortis et conditionis paenitere subit in mentem. Ecqui sunt enim fructus mei, quibus et incursus hosticos propulsare et Reipublicae negocia cum dignitate sustinere et hereticorum inpetus reprimere queam? Quae cum ita se habeant, Reverendissime ac Illustrissime Domine, adiuturus aliqua ex parte episcopatus mei tenuitatem, iam per Reverendissimum Dominum Bon Iohannem,²⁾ Episcopum Camerinum,²⁾ Legatum Suae Sanctitatis, iam per litteras Serenissimi Principis nostri Regis Poloniae de retentione minorum beneficiorum meorum extraordinaria sedulo apud Sanctissimum Patrem nostrum egi; praeter tamen annuum illorum retentionem tributum est nobis nihil. Quod quia perexiguum est, summopere eiam nunc praecor²⁾ et supplico, ut in eam rem Illustrissima Celsitudo Vestra diligentem navet operam, quo mihi canonicatu Gacz (cuius fundi ratio quindecem non excedit ducatas) cum adiunctis domo et praedio integre servato, honestati et dignitati episcopali, Reipublicae item nostrae et religioni cum aliqua laude inservire liceat, quoad in altiore aliquo honorum gradu et uberioris fructus commoditate nos per Dei Optimi Maximi gratiam consistere contingat. Quantum in eam studii, opere curaeque ab Illustrissima Celsitudine Vestra ponetur, id, praeterquam quod erit Serenissimo Principi Regique nostro gratissimum, erit et mihi omni studiorum et officiorum genere naviter promerendum. Facturam pro suo in Regnum hoc nostrum amore et religionis diligenti studio nihil addubito, et ut faciat etiam atque etiam²⁾ peto ac quaeso. Quam diutissime atque foeliciter valere meque in suorum numero habere studiosissime cupio et opto. Datum Cracoviae, octava die mensis Octobris. Anno Domini 1563.

²⁾ Eiusdem Reverendissime ac Illustrissime Paternitatis Vestre paratissimus servitor
Dionisius Secygniowski
Episcopus Kamencensis.^{v)}

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

- a) *In ms. eciam.*
- u)-v) *Manu propria.*
- z) *Sic in ms.*

N. 75.

Petricoviae, 4.I.1565.

*Petrus Myszkowski
Alexandro Farnesio cardinali
refert regis [Sigismundi Augusti] responsum in re assumptionis Iulii
Ursini inter capitaneos exercitus regis.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 75.

Illustrissime ac Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine Colendissime. Commendo obsequia mea in gratiam Illustrissimae Dominationis Vestrae.

Ante aliquot menses scripserat ad me Venerabilis Dominus Georgius Ticinius cupere Illustrissimam Dominationem Vestram, ut, si Regia haec Maiestas, Dominus meus clementissimus, externis capitaneis in administrando hoc bello uti vellet, opera Magnifici Domini Iulii Ursini potissimum uteretur, qui rei militaris peritiam eam haberet, qua non facile cuivis aequalium suorum concederet. Feci itaque pro mea erga Illustrissimam Dominationem Vestram observantia, ut eam rem Maiestati illius exponerem, et quantum mihi maxime licitum esset, etiam commendarem. Sed Regia eius Maiestas externorum opera usurum se hoc tempore non esse respondit, tum propter belli huius totius rationem, suis quam exteris notiozem, tum etiam, quod cuius Capitanei utili in hoc bello opera uti Maiestas Sua deberet, eum existimat linguae inprimis huius nostrae callentem esse oportere. Restat igitur, ut cum in ea re voluntati Illustrissimae Dominationis Vestrae satisfacere non potuerim, aliud deligat Illustrissima Dominatio Vestra, in quo meam erga se observantiam experiatur et cognoscat. Equidem maximae felicitatis loco duxero, quoties mihi aliquid ab illa videro esse imperatum. Quam optime valere cupio eique studia et obsequia mea etiam atque etiam commendo. Datum Petricoviae, die IIII mensis Ianuarii, anno Domini MDLXV.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Paternitatis
Vestrae addictissimus servitor
Petrus Mischovius
Regni Poloniae Vicecancellarius.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro de Farnesius.

- u)-v) *Manu propria.*

Petricoviae, 8.III.1565.

Cardinalis Stanislaus [Hosius] episcopus Varmiensis et Ioannes Franciscus [Commendone] episcopus Zacynthensis Alexandro Farnesio cardinali; de vicecancellarii [Petri Myszkowski] obtenta promotione [ad coadiutoriam] Andreae [Noskowski] episcopi Plocensis; postulant taxae reductionem.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 76.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Nudius octavus ad Illustrissimam Dominationem Vestram literas dedimus in causa Reverendi Domini Procancellarii, de qua is fuit non parum sollicitus,²⁾ propter difficultates, quae illi dicebantur isthic exhiberi. Ante triduum vero literas accepit ex urbe, quibus de negotio confecto reddebatur certior statimque nobiscum gratum hunc nuncium communicavit nosque magno impartivit gaudio, quod illius rationem habitam isthic videremus. Quo nomine agimus etiam Illustrissimae Dominationi Vestrae gratias, quod viri huius tanti tamque de ecclesia Dei benemeriti fortunas sibi promovendas, quin ecclesiae Dei potius hac illius provectione consulendum esse putaverit. Iam autem confecta esse videntur omnia, et quidem ex animi sententia, sed unum tamen est reliquum, quod non illum modo, sed nos etiam ipsos nonnichil²⁾ commonet; nimirum quod cum aestimatio sive taxa episcopatus huius duorum millium esse diceretur et esset in provectione Domini Andreae, Episcopi moderni, ad mille redacta, nunc a Reverendo Domino Vicecancellario postulatur, ut literas ad taxam veterem duorum millium expediat. Quantus hic vir sit, quanta et apud Maiestatem Regiam gratia et apud omnes autoritate, scripsimus antea, per multum ut in eo ad has ruinas ecclesiae fulciendas positum esse videatur. Cui etsi non potest non esse vehementer grata Sanctissimi Domini Nostri haec tanta benignitas, qua illum prosequendum esse putavit, ut hoc tamen illius ac nostrum gaudium novo beneficio suo cumulet Illustrissima Dominatio Vestra utque illi adiumento esse velit, quo possit eodem uti beneficio, quo precessorem²⁾ suum usum fuisse certum est, et ad reductionem mille suas isthic literas expedire, maiorem in modum ab illa petimus. Hoc enim futurus est alacrior deinceps in fide catholica tuenda et ecclesiae rationibus adiuvandis, ac ad omnia Sanctitatis illius Vestraeque Illustrissimae Dominationis imperata facienda, quo maioribus illi beneficiis se obstrictum esse viderit. Nos vero officium hoc Illustrissimae Dominationis Vestrae obsequiis servituteque nostra per omnem occasionem compensare studebimus. Deum precamur, ut Illustrissimam Dominationem Vestram diu servet incolumem et foelicem. Cuius nos gratiae diligenter commendamus. Datum Petricoviae, die VIII Martii, anno Domini MDLXV.

Reverendissimae et Illustrissimae Dominationis Vestrae
humillimi servitores

^{u)} Stanislaus Cardinalis Varmiensis

^{v)} Ioannes Franciscus Episcopus Zacynthensis.^{v)}

In dorso: Reverendissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manibus propriis.*

z) *Sic in ms.*

N. 77.

Petricoviae, 8.III.1565.

*Petrus Myszkowski
Alexandro Farnesio cardinali
gratias agit pro coadiutoria Plocensi.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 77.

Illustrissime ac Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine Colendissime. Servitutem meam defero ad Illustrissimam Dominationem Vestram.

Et res ipsa ostendit et litteris Domini Georgii Ticinii ad me allatum est confirmationem Coadiutoriae meae Plocensis nonnisi magna Illustrissimae Dominationis Vestrae auctoritate confectam istic esse. Quo nomine maximas merito Illustrissimae Dominationi Vestrae, ut debeo, ago et habeo gratias, quae se dignitatis et accessionis huius meae singularem istic exhibuit fautorem et patronum. Et quoniam ingrato animo nihil unquam execrabilius esse duxi, dabo profecto omnem operam, ut me huius tanti beneficii sui tum Illustrissima Dominatio Vestra, tum ipsa quoque sancta Sedes Apostolica, cui hoc beneficium acceptum refero, per omnem meam vitam gratissimum esse experiatur et cognoscat. Erit itaque Illustrissimae Dominationis Vestrae, si quid unquam esse existimaverit, in quo illi re operave mea servire hic possim, uti adversum me auctoritate sua et quicquid ex me, sive sua sive cuiusque alterius causa voluerit, pro iure suo imperare. Nihil recusabo, quodcumque meae facultatis esse videatur. Optime valere Illustrissimam Dominationem Vestram cupio eique servitutem meam addictam esse volo. Datum Petricoviae, die VIII Marci, anno Domini MDLXV.

u) *Eiusdem Illustrissimae Paternitatis Vestrae addictissimus et obligatissimus servus Petrus Miscovius.*^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro de Farnesiis, [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

Cracoviae, 7.III.1567.

Martinus Cromerus

Alexandro Farnesio cardinali

Bonaventuram Thomam, concionatorem reginae Poloniae, Romam proficiscentem, commendat.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 78.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Studium et obsequium meum summum Illustrissimae Dominationi Vestrae reverenter defero. Quandoquidem Dominatio Vestra Illustrissima non praetermittit occasiones favoris erga me sui declarandi et in gratia me ponendi cum apud sui similes praestantes virtute, doctrina ac dignitate viros, tum apud ipsum omni laude cumulatum Pium quintum pontificem maximum, quemadmodum Domini Georgii Ticinii et Ioannis Baptistae Puccini literis et nonnullorum aliorum istinc huc revertentium sermonibus accepi, maiore fiducia ista ipsius gratia uti mihi permitto et alios etiam ipsi commendare incipio. Proinde cum Dominus Bonaventura Thomas, Serenissimae Reginae nostrae concionator, vir pius, honestus et eruditus et mihi amicus, istuc se proficisci velle certis de causis mihi indicasset et commendatitias literas a me peteret, Illustrissimae Dominationi Vestrae potissimum eum commendandum mihi esse existimavi, non tam ut opes ei meas istic ostentarem, quam ut desiderio eius satisfacerem et quod protectoris Poloniae favore eum iuste et recte uti oportere iudicarem, qui Reginae Poloniae a sacris concionibus et confessionibus esset et in eo munere laudabiliter se per multos annos gessisset. In eoque a me maxime eum adiuvari oportet, qui, secundum virum ornatissimum Cardinalem Varmiensem, et suscipiendi et tam diu retinendi illius muneris author ipsi fui. Cuius me consilii nondum poenitet. Atque utinam is adduci potuisset aut adhuc possit, ut in eo ipso munere diutius perseveraret. Eum igitur vel commendo Dominationi Vestrae Illustrissimae vel debito testimonio prosequor. Faceret idem is, quem memoravi dudum, Cardinalis optimus, nisi abesset longius, et faciet adhuc fortasse. Quod restat, Deum precor, ut Illustrissimam Dominationem Vestram diu sospitem et incolumem omni felicitate cumulet. Cracoviae, 7. Martii 1567.

u) Illustrissimae Dominationis Vestrae
addictissimus servitor
Martinus Cromerus.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 79.

Petricoviae, s.d. [post 22.VIII.]1567.

*Iacobus Uchański
Alexandro Farnesio cardinali
episcopum Mednicensem [Victorinum Wierzbicki] commendat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 79.

Illustrissimo et Reverendissimo Monsignor, Monsignor et Padrone
Osservandissimo.

Dopo la riverentissima comendatione della prontezza mia, prego da Santissimo Dio ad essa ogni felicità et lunga consolatione, come minimo servitor suo.

Persuadendosi Monsignor Vescovo Mednicense, postulato et nominato Luceoriense, che la mia intercessione fusse degna et apprezzata, sollecito esser ricomandato alla Illustrissima et Reverendissima Vostra Signoria per ottenere con maggior autorità et commodità quivi il suo intento santissimo et honorato.

Dunque acquistando o vero ritenendo simil gratia et stima, et satisfacendo alla istanza et speranza conceputa, quanto più posso, alla Illustrissima et Reverendissima Signoria Vostra ricomando l'Agenti de questo Monsignore, valentissimo propugnatore dela sua Chiesa tra tanti nemici, schismatici et haeretici, pio, catholico, dotto et pieno d' virtù. Ad chi nissuna dimanda s' può o deve negare.

Tanto beneficio tribuito gratiosamente ad costui pensarò esser mio, et restarò con esso lui sempre apparichiatissimo pregar Domeno ²⁾ Dio ^{a)} per la sanità et prosperità sua, con infiniti ringraziamenti. Et tutto in che possiamo esser qua degni servirgli, offeriscemo ²⁾ con allegrezza. Basciando le mani, nella dieta di Piotrkow. MDLXVII.

^{u)} Alla Vostra Illustrissima et Reverendissima Signoria
affettionatissimo servitor
Iacomo Uchanski, l'Archivescovo Gnesense.^{v)}

In dorso: All' Illustrissimo [etc.] Cardinale Farnese.

a) *Additum in fine.*

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 80.

Lovicii, 15.II.1568.

*Iacobus Uchański
Alexandro Farnesio cardinali
nepotes suos commendat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 80.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Colendissime.

Post servitutis meae sedulam debitamque commendationem. Confe-
rentibus se istuc, ad Urbem, adolescentibus, his nepotibus meis, qui

praesentes reddent, commisi, ut nomine meo Illustrissimam Dominationem Vestram inviserent, salutarent, me meaque obsequia promptissima offerrent et nonnulla referrent, ac simul se ipsos ad noticiam Illustrissimae Dominationis Vestrae insinuarent. Quapropter eos una mecum Illustrissimae Dominationi Vestrae quam possum diligentissime commendo, simulque submitte et enixe oro, ut illis vel semel et iterum aditus ad Illustrissimam Dominationem Vestram per eius benignitatem pateat eisque aures benignas Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra praebeat, pro meque verbis brevissimis clemenciam Vestrae Illustrissimae Dominationis implorantibus, clementer exaudiat. Quod ego pro virili mea promereri Illustrissimae Dominationi Vestrae et si qua in re eciam gratificari potero, ipsa imperante, libenter sane et ex animo curabo et Dominum Deum orare nunquam desinam pro incolumi et foelicissimo statu Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae. De reliquo Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram optime ac diutissime valere rebusque ex animi sententia semper secundis frui, ex animo plurimumque cupio et opto. Datum Lovicii, die XV Februarii, anno Domini MDLXVIII.

u) Illustrissime et Reverendissime Dominationis Vestrae deditissimus et obsequentissimus servitor Iacobus archiepiscopus Gnesnensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

Alia manu: A messere Fulvio Orsino.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 81.

Cracoviae, 19.VI.1568.

Praelati, canonici et totum capitulum Cracoviense Alexandro Farnesio cardinali; petunt, ut prorogetur dispensatio a legibus Concilii Tridentini de cumulatione beneficiorum.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 81.

Illustrissime ac Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine Colendissime. Obsequia nostra simul et orationes devotas in gratiam

Illustrissime et Reverendissime Dominationis Vestrae studiose et reverenter commendamus.

Nihil esset nobis optacius quam in decretis Sacri Concilii Tridentini acquiescere, quae tantus piorum et sapientium episcoporum coetus magno iudicio condidit et summus Catholicae Ecclesiae Pastor et Christi Vicarius approbavit. Sed ea nunc sunt in Polonia nostra tempora atque is rerum status, ut non omnia commode et sine perturbatione, non modo ordinis ecclesiastici, verum etiam Ecclesiae ipsius atque religionis, debite executioni demandari queant, ea praesertim, quae ad rationem sacerdotiorum sive beneficiorum, ut vocant, et ad iurisdictionem Episcoporum attinent. Quod facile demonstrari posset, si qua coiret provincialis synodus. In qua illud quoque speramus perficeretur, ut et alia non minus salutaria cum eius ipsius Concilii decreta, tum antiquorum canones, ad rem conferrentur et in executionem ponerentur. Nunc non omnia ex aequo urgentur a nonnullis, qui ipsi sibi fortassis plusculum indulgent.

Quas ob res coacti sumus ante tres annos Sanctae Sedis Apostolicae eiusque praesidis Sanctissimi Domini nostri, pie memoriae Pii Quarti, et mox Pii Quinti opem, nostro et communi totius cleri Gnesnensis provinciae nomine, implorare; et impetravimus a Sanctitate Eius trienne laxamentum sive suspensionem executionis eorum decretorum, quae ad pluralitatem sacerdotiorum et residentiam pertinent, ostensis et probatis causis, propter quas id indulgeri non modo expediebat, sed prope modum necesse erat. Quoniam autem eius laxamenti terminus iam in proximo est, manent atque adeo magis etiam urgent eadem et plures etiam causae, cur laxamentum illud in longius tempus prorogari conveniat. Supplicamus denuo Sanctitati Eius, ut eadem benignitate et indulgentia nos deinceps etiam prosequatur. Cumque non simus nescii, quantum Dominatio Vestra Reverendissima et Illustrissima apud Sanctitatem eius gratia, et autoritate apud eos, qui eiusmodi negotiis praesunt, valeat, petimus ab ea maiorem in modum, ut petitionem nostram suasu et commendatione sua quam enixissime adiuvet, quo votorum compotes fiamus. Consulet ea re Dominatio Vestra Reverendissima et Illustrissima non solum nobis et collegiis nostris ac toti clero provinciae et Regni huius afflicto, sed etiam ecclesiis ipsis magno periculo expositis, et nos sibi magnopere devinciet. Totius autem negotii luculentam instructionem dabunt ei nostro nomine Reverendi Domini Georgius Ticinius, Camerarius Apostolicus et Serenissimi Regis nostri apud Sanctam Sedem Apostolicam agens, et Mathias Drevitius, Praepositus Wladislaviensis et Canonicus Cracoviensis. Quod reliquum est, Deum oramus et orabimus, ut Dominationem Vestram Reverendissimam et Illustrissimam diutissime servet sospitem et incolumem. Cracoviae, XIX Iunii. Anno Domini MDLXVIII.

Eiusdem Dominationis Vestrae Reverendissime et Illustrissime Servitores et exoratores addictissimi, Praelati, Canonici et totum Capitulum Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis.

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

Varsaviae, 14.X.1568.

*Vincentius Portico, nuntius in Polonia,
Alexandro Farnesio cardinali;
de audientia apud regem [Sigismundum Augustum] de magnis impensis
suis.*

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 82.

Illustrissimo et Reverendissimo Signor et Patrone mio Colendissimo.

La salutatione et visita che feci a questa Regia et Serenissima Maestà in nome di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima mi fu di infinita consolatione per che viddi una straordinaria inclinazione verso di lei et una dimostratione di tanta buona volontà che non l'haveria saputa desiderar maggiore. Si anderà conservando et augumentando con le occasioni. Io spero che Iddio benedetto mi haverà dato gratia che sarò et bene et honoratamente visto et che la venuta non sarà senza qualche frutto. Cognosco chiaramente che quello splendore che Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima mi ricordò è molto necessario in questi paesi et fin ad hoggi l'ho osservato senza alcun riguardo di spesa et mi è riuscito secondo l'animo mio. Ho havuto dui mesate in corte et sono presso alla terza et se li dicessi in che stato sia la carestia di tutte le cose, sì per le guerre de convicini et peste come per la mala stagione dell'anno, et per l'ordinario dello stato della corte et, finiti li giudittii regii che si fanno, si doverà a dicembre o poco dopo preparare la Dieta. Necessarissimo è seguitar la corte et esser assiduo all'orechie di Sua Maestà Regia. Però con tutto il cuore me le raccomando, acciò dopoi tanti miei stenti et fatiche fatte in governi con ogni integrità et travagli et spese di questo luogo non mi riduchi in povertà et la mia modestia mi sia sempre dannosa. Sa che le sono servitore davvero et che in ogni occasione mi conoscerà tale quale debbe desiderare. Per tanto senza dirli più oltre starò aspettando di vedere che si degni fare per me di quelli offittii che suole et sa fare quando si vuole acquistare il diretto dominio delli suoi fedeli servitori, pregandoli in tanto ogni felicità et facendoli fede che il Reverendissimo Vescovo di Cracovia è tutto suo et ne le mostrerà presto qualche amorevol dimostratione.

Di Varsovia, alli XIII ottobre 1568.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
Humilissimo servitor di cuore
Vincenzo Portico Nuncio.

Post scriptum. Piaccia al Signor Dio far continuare il freddo acciò la peste non ci spaventi come ha fatto fin adesso. Il resto saprà dall'apportatore istesso.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinal Farnese [etc.].

N. 83.

Varsaviae, 15.XI.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali
secretarium suum Ioannem Baptistam Puccini Romam proficiscentem
commendat.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 83.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, [etc.].
Reverendissimo Monsignor, Amico nostro Carissimo.

Ritornandosene in Italia il Puccini, nostro segretario et agente, per assistere in cotesta Corte alla cura dei negotii nostri, tra le altre cose che principalmente gli habbiamo commesso di dovere fare per servizio nostro, l'è che subito gionto debba visitare Vostra Signoria Reverendissima per parte nostra; et non pure visitarla, ma assicurarla anche ch'ella non ha amico in questo mondo che più di noi desideri di compiacerle in ogni sua occorrenza d'honore, in la forma che più largamente le sarà facile intendere dal suddetto Puccini. Alle cui relationi rimettendone, non le diremo altro per hora, eccetto che tanto in questo particolare, come in qualsivoglia altro che gli dovrà esporre alla giornata in nome nostro, ne sarà sommamente caro d'intendere che Vostra Signoria Reverendissima voglia prestargli quella intiera fede che siamo certi farebbe alla persona nostra. Intertanto Vostra Signoria Reverendissima viva felice et lunga vita. Date nella terra nostra di Varsovia, alli XV di novembre del LXVIII.

u) Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.v)

In dorso: Al Reverendissimo [etc.] Cardinal Farnese [etc.] Protettore nostro [etc.].

u-v) *Manu propria.*

N. 84.

Lublina, 18.V.1569.

Stanislaus Hosius cardinalis
Alexandro Farnesio cardinali;
a rege [Sigismundo Augusto] in causa ducatus Barenensis Romam missus,
rogat permissionem Sanctae Sedis ad residentiam dioecesanam re-
linquendam.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 84.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Accidit proximis superioribus diebus praeter spem et expectationem meam, ut Serenissimus Rex et Dominus meus a me postularet, ut in urbem proficiscerer et ibi causam illius Barensem pro eo, ut possem,

adiuvandam curarem; non ut oratorem illius agerem, sed ut consilio tantum et auxilio praesto adessem illi, quem negotiorum isthic suorum gestorem constituerit. Quod ego postulanti negare non potui, cum praesertim plerique viri prudentes ita iudicarent, etiam in his, quae ad religionem in hoc Regno tuendam et conservandam pertinerent, meam isthic quam hic praesentiam utiliore fore. Quoniam vero non esse integrum mihi existimo quidquam ea de re statuere, non habita prius a Sanctissimo Domino nostro ex Diocaesi ^{z)} mea discedendi potestate, ea demum lege sum assensus, si prius mihi Regia Maiestas veniam hanc impetrasset. Quod quin pro meo erga Dominationem Vestram Illustrissimam studio et observantia illi significarem, tenere me non potui. Nunc ipsa si iudicaverit expedire, de hac me venia certiore reddat. Illius enim Sanctitatis iudicio potestatique me totum permitto. Vult autem Regia Maiestas, ut post trium mensium spacium in viam me dem. Quamobrem ut cito responsum habere queam, Illustrissimam Dominationem Vestram peto. Neque tamen sic ex Diocaesi ^{z)} mea discedere cogito, ut illi de idoneo gubernatore prius non provideam, qui, cum absens fuero, non minus ac magis etiam utiliter quam ego Ecclesiae illi praeesse queat. Quod si me Deus in urbem salvum perduxerit et in ea me commorari diutius voluerit, quod visum Illius Sanctitati fuerit de successore, quoque statuam. Opto Illustrissimam Dominationem Vestram diu bene et feliciter valere. Datum Lublino, 18 Maii, anno Domini 1569.

Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
humillimus servitor

^{u)} Stanislaus Cardinalis Varmiensis.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

Iterum alia manu: Risponderà l'Illustrissimo Fulvio Ursino.

^{u)-v)} *Manu propria.*

^{z)} *Sic in ms.*

N. 85.

Lublino, 19.V.1569.

*Stanislaus Hosius cardinalis
Alexandro Farnesio cardinali*

*Stanislaum Clodinium [Kłodziński], Neapolim a rege [Sigismundo Augusto]
missum, commendat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 85.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Mittit Neapolim Serenissimus Rex et Dominus meus Venerabilem Dominum Stanislaum Clodinium, cantorem Cracoviensem et secretarium suum, qui agat ibi negocia Maiestatis illius, de quibus hucusque lis est. Cum autem vir sit non modo pius et eruditus, verum etiam multis praeclaris Dei donis ornatus, peteret etiam a me, ut eum litteris meis Illustrissimae Dominationi Vestrae commendarem, petenti negare non

potui neque debui. Nam et amatur a me propter morum comitatem et elegantiam, et dignum esse iudico, quem gratia benevolentiaeque sua prosequatur Illustrissima Dominatio Vestra. A qua peto, ut ipsum et negocia, quorum curam geret, habere commendata, simul his in rebus omnibus adiutum eum velit, in quibus auctoritatem illius imploraverit. Res nostras ex ipso cognoscet. Quod superest, opto Illustrissimam Dominationem Vestram bene valere; cuius me gratiae commendo. Datum Lublini, die XIX Maii, anno Domini 1569.

Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
humillimus servitor,

u) Stanislaus Cardinalis Varmiensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro [etc.] Fernesio.

u)-v) *Manu propria.*

N. 86.

S.l. [Lublini], 3.IX.1569.

Ignotus

ad plures circulatim («avviso»);

de Tartarorum missis a rege [Sigismundo Augusto] receptis, deque thesauro regis [in Tykocin].

Exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 86.

Dalla corte di Pollonia alli 3 settembre 1569.

Giovedì hebbero audienza li Ambasciatori di Tartari, gente bruttissima, et ogni giorno dopo pranso Sua Maestà va rivedendo le cose sue preziose, preparando doni che vuol far al'abbocamento. Et è statto dui giorni in Zicognia, dove ha il tesoro, a poner da canto alcune cose di quelle che vuol haver per questo viaggio. Et Sua Maestà si lascia intendere che fra tre giorni partirà per Varsorvia, la quale ha mandato un suo Ambasciatore alla coronatione del Re di Suetia.

N. 87.

Possoniae, 13.IX.1569.

Ignotus

ad plures circulatim («avviso»);

de nobilium Hungariae cum [Maximiliano II] imperatore lite; de postposito conventu imperatoris cum rege Poloniae [Sigismundo Augusto]

Exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 86 (continuatio).

Di Possonia li 13 detto.

Heri li baroni et Nobili Ongari diedero la risposta a Sua Maestà Cesarea, ma conditionatta²⁾ perchè dimandano a Sua Maestà la essecu-

tione di Decreto²⁾ fatto nell'ultima dieta, il qual non fu eseguito, cioè che tutti li beni usurpatti sì dalla camera come dalli baroni et signori si restituiscano a cui di ragione si deve; la qual esecuzione si crede che non si farà perchè la maggior parte sta nelle mani della camera et se Sua Maestà non consentirà questo, si dubitta²⁾ grandemente che si partirano de qui senza altra deliberatione.

Dicono che l'abbocamento tra Sua Maestà et il Re di Polonia sia differito fin alla primavera.

a)

a) *Sequuntur argumenta quae ad Poloniam non spectant.*

2) *Sic in ms.*

N. 88.

Cracoviae, 23.X.1570.

Albertus Łaski

Alexandro Farnesio cardinali;

pro accepta epistola gratias agit, refert de catholica religione a se suscepta, nuntio [Vincentio Portico] praeside.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 90.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine ac Patrone Colendissime.

Non possum non confiteri cumulatam me esse maximo gaudio cum legi literas Illustrissimae ac Reverendissimae Celsitudinis Vestrae, amoris et officii plenas, quibus iam pridem respondi, nisi mihi ipsi coram satisfacere decrevissem. Sed cum praeter sententiam meam accidat, ut etiam nunc gravissimis occupationibus detinear, officium hoc debitum diutius desiderari non patiar, quod dictum velim, ut, si sero respondi, Illustrissima et Reverendissima Celsitudo Sua nulla id negligentia praetermissum intelligat. Gratias illi ingentes ago, quod singularem significationem suae erga me voluntatis pio ac paterno affectu exhibuerit; cuius ut memoriam sempiternam conservabo, ita religiosa ipsius mandata diligenter curabo enitarque ac contendam optimam reponere gratiam re ipsa, quae monet Illustrissima et Reverendissima Celsitudo Sua, potius praestando quam pluribus verbis pollicendo. Et quoniam de hisce rebus coram plura propediem, ut spero, agemus, et agnoscat me oblatas de religione benemerendi occasiones non contemnere; erit interim humanitatis suae hanc praeclaram suam in nos voluntatem conservare et Albertum a Lasco eum esse virum existimare, a quo omne studii, officii et observantiae genus Illustrissima et Reverendissima Celsitudo Sua perpetuo expectare possit. Qua in re Nuncius Apostolicus, quem existimo huic muneri quo fungitur divino consilio praepositum esse, et qui mihi Princeps fuit ad catholicam religionem suscipiendam, poterit esse locupletissimus testis. Dum enim in sermonem Illustrissimae et Reverendissimae Celsitudinis Suae delabatur, et gravitatem morum et iudicium singulare et omnium rerum peritiam, pietatem in Deum et in Rempublicam Christianam non satis laudare posse videtur. Agnoscit me magno

perfundī gaudīo, quod tanta celebritate famae mihi absenti per litteras nota sit reddita Illustrissima et Reverendissima Celsitudo Sua, cuius gratiam sicut maximi facio, ita me illi quam diligentissime commendo. Datum Cracoviae, die 23 Octobris. Anno MDLXX.

Illustrissimae ac Reverendissimae Paternitatis Vestrae
addictissimus servus
u) Albertus a Lasko
Palatinus Siradiensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Cardinali Fernesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 89.

Cracoviae, 3.III.1570.

Albertus Łaski
Stanisław Hosio cardinali;
de conversione sua.

Exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 91.

Reverendissime ac Illustrissime Cardinalis, Domine ac Pater in Christo Observandissime.

Salutem servitorumque meorum commendationem. Summa illa generositas singularisque pristini amoris in me Illustrissimae Dominationis Vestrae et benevolentiae recens testificatio, quam in suis litteris 4 Calendas Septembris anni proxime praeteriti ad me expeditis officiosissime declaravit, vehementer sum delectatus et animo recreatus.^{a)} Video enim quanti me in his fecerit et quam ardentem inter alia humanitatis suae obsequia salutem etiam meam in vera fidei cognitione desideraverit. Neque cessare possum, quin et ipse, paterna sua admonitione accensus, Deo opifici rerum sublimi, qui me inter oves contagiosas errantem ex faucibus luporum rapacissimorum sua ineffabili misericordia benigne eripuerit illustratumque Spiritus Sancti gracia^{z)} in sinum Sanctae Matris Ecclesiae, purgatum fide et conscientia, clementer restituerit, gratias agerem immortales. Vestrae vero Illustrissimae Dominationi gratulor, qui tanto pietatis affectu de mea conversione laetatur, quemadmodum prius^{b)} etiam Lublini sancta sua persuasione bonum iniecerat fundamentum, nunc rursus purissimis illis admirabilibus suae eloquentiae splendoribus ad constantiam iam agnitae veritatis honestissime hortatur. Scio equidem doctissimorum catholicorumque^{z)} virorum admonitiones quantum in hac procelsa haereticorum profligatissimorumque hominum tempestate valeant. Verumtamen quod ad me religionemque synceram attinet, nihil est scrupuli nec qui de mea fide dubitet, neque aliquando novis opinionibus dogmatibusque mentem meam contaminari existimet. Nulla quippe iam deinceps persuasio, nulla mala aut periculorum discrimina me a sacrosancta Romana et Catholica Ecclesia me^{c)} separare

poterit. Quamvis non parvas iniurias et incommoda pro fide a multis^{d)} accipio popularibus, sed Deus mea incommoda^{e)} innocentia rectaque conscientia eorum insolentiae satis aliunde respondebit. Omnia pro Christo suffero, pro eius ecclesia omnia sufferre deliberavi, sed et Urbem ipsam apostolorum sedem benedictam, compositis hic publicis privatisque negociis meis, adire visitareque constitui. Interim Vestram Illustrissimam Dominationem peto, ut nostrae mutuae necessitudinis observantiaeque solitae vice versa has litteras meas Suae Sanctitati missas restituere meaque perpetua et humillima servitia eidem commendando offerre, suaque auctoritate et patrocinio benigne favorem et gratiam, quam poterit, apud Illustrissimos Cardinales aliosque suos (quos noverit amicos) conciliare ne dedignetur. Tantam enim de suo in me studio fideique integritate et benevolentia a prima fere pueritia mea concepi spem, ut et in posterum omnem causam meam per eandem obtinere posse confidam. Me autem omni diligentia officioque vicissitudinis promptissime coniunctum expectet sibi consentientem velim. Semper enim postquam in notitiam suam, Diis faventibus, mihi venire contigit, dignitatem suam et colui fideliter et magni feci vehementer, ipsiusque patrocinio stipatus nihil mihi foelicius contingere posse existimo. Quod super est, Vestram Illustrissimam Dominationem rogo vehementer, ut, occasione oblata, me suis scriptis visitare ne gravetur. Deum Optimum Maximum precor, ut Illustrissimam Dominationem Vestram nobis Ecclesiaeque suae sanam et incolumem diutissime conservare dignetur. Cracoviae, 3 Martii, anno Domini 1570.

Eiusdem Dominationis Vestrae Illustrissimae ac Reverendissimae
addictissimus servitor
Albertus a Lasco
Palatinus Siradiensis
manu propria.

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Osio [etc.].
Copia.

a) *Syntaxis erronea.*

b) *In ms. prius.*

c) *Me repetitur in ms.*

d) *In ms. amoris.*

e) *Lectio ob lacerationem chartae incerta.*

z) *Sic in ms.*

N. 90.

Varislaviae, 12.IX.1571

Matthaeus Nefius, arithmeticus.
Alexandro Farnesio cardinali
suae inventionis tabulam geographicam dedicat.
Orig., autogr.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, ff. 92 et 93.)*

Reverendissimo [etc.], Farnesio [etc.], Matthaeus Nefius, arithmeticus
et matheseos studiosus.

S.D.

Singulari Dei consilio et providentia viri nobilissimi ac Domini summa
reverentia et fideli pietate colendi est ordinatum (quod Reverendissimum
Patrem satis perspectum et cognitum habere minime dubito), ut hi, qui

prae ceteris divinitus singularibus quibusdam ornati et aucti sunt donis, ea, sive illa sint vel sapientia vel artium scientiae vel divitiae, primum ad Divini nominis honorem et laudem, deinde ad commodum seu utilitatem proximorum referant. Et nequaquam hoc fortuito aut stoicae necessitatis accidit lege, sed, ut iam praefatum est, Divina sit constitutum Providentia et ordinatione, idque hanc ob causam, ut hoc pacto et ratione societas inter homines coleretur ac conservaretur. Hinc etiam pulcherrima illa et laudabilis consuetudo orta est, ut viri docti et eruditi, si quid ab eis artificiose excogitatum ac inventum fuit, id non (licet saepe vulgi indocti contemptus et Zoylorum malevolentia et obtrectatio ansam praebuerit), sicuti solent, invidi occultaverint, sed nobilitate praestantissimos sibi in patronos selegerint, quibus inventa sua artificiosa dedicarunt. Hoc si hactenus intermissum fuisset atque hodie etiam intermitteretur, nihil prorsus, quemadmodum multae aliae barbarae ac ab omni humanitate semotae gentes, bonarum artium cognitionis haberemus. Verum Deo Optimo Maximo ingentes agenda sunt gratiae, qui nos a barbara ista et Scythica feritate segregatos esse voluit nobisque tot tam multiplici eruditione et rerum scientiis praestantes hactenus abunde concessit viros, quibus semper patronos et maecenates adiunxit quoque eximios, quorum munificentia honestarum disciplinarum studia sunt excitata, adiuta et conservata. Non enim ignota sunt exempla Alexandri Magni, Iulii, Caroli Magni, Alphonsi Hispani, Caroli V ac plurium aliorum. Ea enim illorum est natura, ut nisi principum aliquorum aliorumve virorum potentum et Musarum amantium beneficentia foveantur et defendantur, cito propter difficultatem, hoc praesertim seculo²⁾ extremo et perditissimo, sint interitura.

Haec cum saepe etiam atque etiam mente agitare, in id tandem adductus sum consilium, ut putarem non vitio mihi vertendum esse, si et ipse pro ingenii mei tenuitate, gratitudinis meae erga Rempublicam Christianam testimonium exhibendo, in honorem nobilium quorundam dominorum et praecipuarum civitatum opusculum aliquod utile in lucem eruerem atque proferrem. Post multiplices igitur et diversas mathematicas contemplationes novam, et cuius similis antea non est visa, tabulam geographicam schema arithmeticae progressionis referentem excogitavi, qua docetur ratio facillime, absque omni calculationis negotio, inveniendi distantias praecipuarum ac insignium civitatum. Harum autem quaedam a sese invicem aut per 2500 aut 3500 milliaria distant, ex quibus aliquot in schedula hic inserta assignatae leguntur. Complectitur porro haec tabula quaestiones 32205, ut non immerito admireris tantum figura triangulari comprehendi posse, quemadmodum ipsa instructio, quae dicto triangulari schemati adposita est, id ipsum indicat. Cum igitur doctis et eruditis viris semper fuerit usitatum laboribus suis ingeniose excogitatis quaerere promotores et patronos, ego diu multumque circumspexi, et cuinam laborem meum quamvis exilem, tamen, ut spero, non inutilem consecrarem, dubius ac incertus fui.

Tandem vero Reverendissimum Patrem mihi deligendum esse statui, quod Patris Reverendissimi propensam voluntatem erga Musas et Musis addictos a multis notioribus³⁾ vestrae Italiae hominibus, tam Ecclesiasticis quam pollicicis²⁾ (quorum non pauci urbem nostram Vratislaviensem inhabitant), saepissime maximis laudibus ornari ac praedicari magna cum voluptate audiverim. Ad haec, quod olim mihi adolescenti in Italia vestra, bonarum artium et disciplinarum parente, honestis literis operam

navanti multa et innumera non tantummodo informationis, sed et humanitatis praestita sint beneficia, ob quae ut me gratum declarem, summe necessarium esse iudicavi. Tuae igitur Reverendissimae Paternitati hanc meam opellam de distantis locorum compositam et ad Reverendissimi Patris civitatem Romae inclytam accurata²⁾ diligentia supputatam ac directam inscribo ac dedico, summis petens, ut hanc meam tenuitatem benigne suscipiat et aequi bonique facere dignetur. Ego vicissim gratitudinis erga heroicis Patris Reverendissimi virtutes et erga honestas disciplinas singularem beneficentiam praedicare nunquam intermittam simulque rogabo Deum Optimum Maximum, ut largiatur Reverendissimo Patri regimen felix et tranquillum, servet etiam diu Patrem Reverendissimum incolumem, utque studium hoc meum atque voluntatem placere sibi sinat meque sibi commendatum habeat submissi studii summa contentione oro. Vratislaviae Silesiorum metropolis. Die 12 Septembris, anni a salutifero partu 1571.

Reverendissimi Patris
addictissimus Matthaeus Nefius
arithmeticus et civis Vratislaviensis.

impediturum illius esse honorem aut extincturum gratiam, sed ne habiturum quidem aditum ad haec conanda speraremus. Evenisse aliter magnopere miramur. Quanquam quod Romae potius quam in Polonia evenit, minus aliquanto mirum est. Nam quamdiu haec respublica stabit, Coscielescorum nomen atque merita nunquam emori poterunt. Quid ab illis, quid ab hoc accepit, idcirco Polonia nunquam obliviscetur, quia ante oculos defixum quotidie cernit. Quarum igitur rerum splendorem homines invidi obscurare nequeunt in Polonia, cum in uno ex hac familia viro clarissimo tentare sunt ausi, et quidem apud eos, quibus quidem haec nostra minus sunt aut plane non sunt perspecta. Sed nihil agunt. Novimus aequitatem Romanam. Quid autem afferunt adversarii, quod apud graves, iustos prudentesque viros valere optimo iure debeat? Equidem nihil video, nihil audio. Nam dicere illum legatum Regis, in publico unius provinciae conventu, ad Palatinum Posnaniensem, qui tum privata de re ab Archiepiscopo dissidebat, venisse magis quam ad Archiepiscopum, non satis est. Ostende, si sponte, si voluntate, si consulto, si, quod rem continet, non pie. Non venisti, inquit, ad me! Qui poteram? Ego veni, inquit, ad vos coactus; non mea id quidem culpa, respondet Coscielescius, qui aequae cum inimico tuo restiti coactus, ut tute ad eum postea recepisti. Astute hoc omnino de Archiepiscopo. Res enim eiusmodi solet Romae suspitiones et pericula vel innocentissimo nullo negotio confiare. Afferunt itaque, quod falsam quandam veri speciem habet, a vero quidem ipso est disiunctissimum. Hoc quam nihil sit, Dominatio Vestra Illustrissima videt. Dicunt deinde Coscielescium Sigismundo Augusto Regi nescio quot aureorum millia episcopatus Culmensis causa dedisse. Grave crimen, si verum; sin falsum, iis fraudi esse potissimum debet, qui hoc improbe finxerunt, non ei, de quo tam malitiose confictum est. Quo id teste comprobabo? Multis, et quidem summae fidei.

Sed eos non habeo necesse nominare; me nominabo, cuius hac in causa testimonium non est levissimum. Eram enim ego eo tempore Procancellarius Regni. Quid cum Rege aliquis negotii, quid Rex cum quoque rei habebat, sciebam. Ego itaque, qui caetera animadvertendam diligentissime, nihil tale animadverti. At contra, illa continue videbam Regem hoc homine nobilissimo plurimum delectari solitum; eius virtuti multum favisse; voluntate ad eum honoribus augendum fuisse propensa. Familia praeterea antiquissima, potens, illustris, erat huius sui dignitatis cupidissima. Nihil igitur est ab hoc huiusmodi factum? Nihil omnino. Sed est, unde ista criminatio profluxit. Semper enim falsitas aliquo eiusmodi, quod probabile esse videatur, vult hominum oculos perstringere. Quidam e propinquis, isto neque postulante neque sciente, Regi quiddam dono dedit, gratiae et benevolentiae erga hunc tuendae causa. Cupit enim quisque suis, si modo humanitatem non exiit. Hoc invidi tanquam aliquot²⁾ telum, huius proprium criminis, in istum coniecerunt. Quam aequitatem itaque habet istum alterius facti poenas solvere?

Qui si divinare potuisset facturum hoc propinquum suum, abduxisset illum ab hac cogitatione, cum sit in omni genere iudicii longe omnium, quos ego quidem viderim, elegantissimus. Quod ne accidat, Dominationem Vestram Illustrissimam oro. Quin potius resistat eius invidis, Pontificis Maximi voluntatem alienatam suboffensumque eius animum recolligat; ut ab eo in episcopatu Praemisliensi comprobetur, efficiat. Est eius familia summa potentia, summis opibus, summa nobilitate. Videt hunc designatum nominatumque Episcopum, videt receptum in Senatum esse sententiamque e suo loco cum dignitate reipublicae et ecclesiae dicere.

Statuat nunc Dominatio Vestra Illustrissima, quid haec tanta familia dicet, quo se vertet, si quid contra, quam putat et sperat, acciderit. Tempora denique Reipublicae respiciat. Et quidem Coscielescii omnes sunt orthodoxi. Episcopatus praeterea iam pridem est sine Episcopo. Quid hoc? Oves sine pastore! Itaque oves et Ecclesiae illius bona ingens damnum fecere. Quasi enim vacua ita ab audacibus occupantur, qui divina iura et humana prae facultatibus despiciunt. Tam haec cernere debetis, quae sunt a vobis disiunctissima, quam quae proxima intuemini, parique affici de illis cura. Serpit enim malum longe lateque, nisi comprimatur. Quae cum ita sint, conferat Dominatio Vestra Illustrissima in hominem optimum et virum clarissimum quantum potest studii et diligentiae et auctoritatis suae; det operam, ut quamprimum in Senatu habeamus plane collegam et socium defendendae Ecclesiae, cuius omnes partes in hac Republica vehementissime laborant. Tacent iudicia, silent leges, occidit religio. Rex abest, domi dissidium, foris hostis armatus, ne ipsi etiam inter nos manus conseramus. Tantaee suae benevolentiae Dominatio Vestra Illustrissima fructum iucundissimum e Coscielescio capiet. Nam si quenquam, illum profecto in omni officio servando studiosissimum esse cognovi. Dominationi Vestrae Illustrissimae existimationem meam totumque me ipsum diligentissime commendo. Datum Ilzae, pridie Calendas Ianuarii DMLXXIII.

u) Illustrissimae Paternitatis Vestrae
servitor addictissimus
Franciscus Crasinski
Episcopus Cracoviensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Cardinali Farnesio [etc.].

Alia manu: Il Vescovo di Cracovia. Ultimo di decembre.

Che non ha mancato et non mancherà. Ma il Papa ne aspetta informatione del suo Nuntio al quale ne ha scritto.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 110.

Bozantini, 31.VII.1575.

*Franciscus Krasinski, episcopus Cracoviensis,
Alexandro Farnesio cardinali
Ioannem Sieniński, nominatum archiepiscopum Leopoliensem, com-
mendat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 114.

Illustrissime et Reverendissime Domine etc.

Summa pietas et singularis religio, nobilitatis splendor et in Republicam nostram Polonam divina prope modum merita Illustris et Magnifici Domini Ioannis Sienenscii singulare genus commendationis

requirunt. Itaque commendo eum Illustrissimae Dominationi Vestrae tanto scilicet studio, quanto maximo possum. Nominavit illum Serenissimus Rex Archiepiscopum Leopoliensem: dignissimus est eo sacerdotio. Conficiat ultimos annos in Ecclesia ornanda, is, qui in Ecclesia et Christianitate defendenda a Scythicis barbarisque gentibus totam suam aetatem, ad hunc septuagesimum, quem agit, annum, traduxit. Quod quidem ille facile consequetur, si Dominatio Vestra Illustrissima gratia illum sua auctoritateque apud Pontificem Maximum iuvabit. Quem suum animum erga fortem, pium^{a)} et magnanimum virum si ii perspicient, qui optima consilia perturbare solent, colligent sese et nos scilicet navigabimus in portu. Hoc ego a Dominatione Vestra Illustrissima maiorem in modum contendo. De Republica nostra tum denique scribam, cum tuto scribere me posse eiusmodi res animadvertam. Dominationem Vestram Illustrissimam diu fortunatissimam cupio valere. Bozantini. Pridie Calendas Augusti MDLXXV.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Paternitatis Vestrae
servitor
Franciscus Crasinski
Episcopus Cracoviensis.v)

In dorso alia manu: Illustrissimo [etc.] Alexandro Cardinali Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

a) *Lectio incerta.*

u)-v) *Manu propria.*

N. 111.

Cracoviae, 1.VIII.1575.

*Franciscus Krasiński, episcopus Cracoviensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
de decretata a Comitibus novi regis electione.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 115.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Licet in Christianissimo Rege Galliae ea facile esse animadvertamus, quae in principe viro et summo imperatore imprimis soleant requiri, Stezicensi tamen conventu iudicavimus Rempublicam nostram ab eo absente nullo modo posse administrari, neque eam esse nostram fortunam, ut illum, si maxime cuperemus, possimus expectare. Quemadmodum ergo nihil tam gratum, nihil tam optatum posset nobis accidere, quam illius ad nos reditus, ita nihil iam superest (cum ille conditiones prorsus nullas praestitit, quas praestitutum se esse iurarat), nisi Regis alterius fidei nos et Rempublicam nostram committere, cuius praesidio atque ductu importunissimi Turcarum tyranni¹⁾ minas ac tela vitemus. Perfertur enim ad nos neque dubio neque vario sermone tyranno hoc deliberatissimum atque decretum esse, ut Poloniae anno insequenti bellum terra marique inferat, periculum facturum suae fortunae, quam sibi sit in omni reliqua vita atque imperio secunda et propitia futura. In eam rem copias quantas

potest maximas comparat eademque de caussa pactae illi sunt cum finitimis ²⁾ principibus induciae. Polonia vero subacta, quod Deus omen avertat! - quid erit, quo minus tota Germania, pene ludibundus atque triumphans, potiatur? Dominatio Vestra Illustrissima haec Suae Sanctitati proponat, ut pro ea cura, qua toti Christianitati praeest, nobis etiam consulere velit. Sumus omnino optime animati. Sed hostis, et gravis et potens. Nos Rege caremus. Commitia ²⁾ autem alium Regem creandi mense Octobri habere decrevimus. Spero nobis foeliciter eventura, quod nihil tam voluntates hominum sententiasque conciliet, quam praesens discrimen atque periculum. Quod superest, Dominationem Vestram Illustrissimam valere cupio. Cui me totum existimationemque meam diligentissime commendo. Datum Cracoviae, Calendas Augusti MDLXXV.

^{u)} Illustrissimae et Reverendissimae Paternitatis Vestrae
servitor
Franciscus Crasinski
Episcopus Cracoviensis.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Cardinali Farnesio [etc.]
Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 112.

Vilnae, 5.II.1575.

*Valerianus [Protasewicz], episcopus Vilnensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
refert de zelo Georgii Radziwiłł erga religionem catholicam; instat, ut
[ad suffraganeatum] promoveatur.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 116.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater et Domine Observandissime.

Quanto studio Illustrissima Dominatio Vestra negotium non tam Illustris Domini Georgii Radziwiłł, quem mihi coadiutorem episcopatus a Sanctissimo Domino dari petii, quam Ecclesiae meae, ad cuius utilitatem ea res pertinet, promoveat, ex iis, quae ad me scribuntur ex Urbe, cognovi. Qua in re ut Illustrissima Dominatio Vestra ei, quod gerit, muneri protectionis huius Regni ac provinciarum egregie respondet, ita vicissim illi semper quam meretur beneficii collati cum a nobis tum a posteritate conservabitur memoria et grati animi exhibebitur significatio. Caeterum, cum intellexerim nihil aliud magis esse impedimento, quominus ego cum toto clero meo voti compos fiam, praeterquam synagogam, quae in domo Illustris huius familiae a patre illorum constituta fuit, sciat Illustrissima Dominatio Vestra mihi etiam hoc maxime fuisse propositum, ut hac occasione domus illa a tam pestifera contagione repurgaretur. Atque id iam inde usque a quatuor mensibus esse factum testimonio meo ad Reverendissimum Dominum Nuncium Apostolicum

misso declaravi. Quod ad Sanctissimum Dominum iam esse perlatum certo mihi persuadeo. Nihilominus, ut nullus dubitationi locus relinquatur, his insuper Illustrissimae Dominationi Vestrae fidem faciendam putavi: quod Illustris Dominus Nicolaus Christophorus Radziwil cum Domino Georgio, etiam invito patruo suo, Illustri Domino Palatino Vilenensi, qui ante illorum tutor erat, praeclare expectationi ac desiderio nostro satisfecerint ac a domo sua colluvionem illam procul abegerint, maxima omnium Catholicorum laetitia, haereticorum vero ignominia et dolore. Praeterea Illustris Dominus Marschalcus, his non contentus, multa alia adiiciat vere catholici Principis facinora, cum ecclesias in bonis suis spoliatas et prophanatas^{z)} restituat et relictibus ac ornamentis amplificet. Quae quidem non solum oculi nostri viderunt et manus contrectaverunt, sed etiam ego ipse in hac provecta aetate usque ad lassitudinem consecravi. Fratres etiam duos reliquos opera Patrum Societatis Iesu, quorum in manibus haeresim abiuraverunt, ad Ecclesiam adduxit, ut sperandum sit huius illustrissimae familiae accessione magnum Ecclesiae Dei in hac iniquitate temporum praesidium et adiumentum allatum iri. Quod cum ita sit, ab Illustrissima Dominatione Vestra peto, ut huius negotii conclusionem tanto efficacius apud Suam Sanctitatem urgeat, quanto certius illi constat hoc, quod ab illustri familia expectabatur, iam esse perfectum. Nam quid ipsius Illustris Domini Georgii indoles et virtus deinceps polliceatur, non solum Illustrissima Dominatio Vestra, sed etiam Sua Sanctitas, cum in Urbem venerit (veniet autem brevi), facile cognoscet. Cum his me gratiae Illustrissimae Dominationis Vestrae etiam atque etiam commendo et Deum precor, ut eam diu servet Ecclesiae suae incolumem. Vilnae, V. die Februarii. Anno Domini MDLXXV.

Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae
observantissimus et servus in Christo

u) Valerianus Episcopus Vilenensis
manu propria.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 113.

Vilnae, 7.II.1575.

Nicolaus Christophorus Radziwilł
Alexandro Farnesio cardinali
negotium fratris sui [Georgii Radziwilł], ad coadiutoriam praesentati,
commendat.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 117.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater ac Domine, Domine Colendissime.

Servitum meam Illustrissimae et Reverendissimae Paternitati Vestrae sedulo commendo et omnium foelicitatum incrementum eidem precor.

Negotium fratris mei, Illustris Domini Georgii Radzivil, non tam fratrem quam ipsam Ecclesiam concernit, de cuius utilitate et ornamento potissimum agitur, quod Illustrissimam et Reverendissimam Paternitatem Vestram, pro sua pietate et prudentia, bene ponderasse existimo, cum se intercessorem et promotorem huius negotii facere non dubitaret. Quo nomine Illustrissimae et Reverendissimae Paternitati Vestrae ingentes ago gratias, quod conditionis nostrarum Ecclesiarum miserta suam auctoritatem apud Sanctissimum Dominum nostrum interposuerit et de confirmatione super coadiutoria fratri meo impetranda sollicita fuerit. Agnosco illius in hoc erga Ecclesias nostras singularem pietatem et benignitatem, tum erga me familiamque meam benevolentiam, quam ut deinceps non deponat, eam maiorem in modum rogatam volo, expectans occasionem, qua, si ego non potero, saltem fratres mei iuniores, quos in Italiam discendarum literarum gratia mittere decrevi, Illustrissimae et Reverendissimae Paternitati Vestrae servire et gratitudinem declarare queant. His me meaque servitia Illustrissimae et Reverendissimae Paternitati Vestrae devoveo eamque diu et foeliciter vivere et valere exopto. Datum Vilnae, VII Februarii, anno MDLXXV.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Paternitatis Vestrae
servitor v)

Nicolaus Christophorus Radzivil in Olica et
Nieswicz Dux, Marsalcus curiae Magni
Ducatus Lithuaniae

u) manu propria.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 114.

Vilnae, 9.II.1575.

Praelati et canonici Vilnenses
Alexandro Farnesio cardinali
Georgium Radziwiłł, coadiutorem electum, commendant.
Orig., sigil. vestig.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 118.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine nobis Observandissime.

Quemadmodum antea, Illustrissime ac Reverendissime Domine, dum Reverendus noster Episcopus Vilnensis coadiutorem sibi Illustrem Dominum Georgium Radzivil, propter magna et multa ex eo in Ecclesiam Dei promanatura commoda, eligere constituisset, nos quoque eiusdem rei testes simul apud Sanctissimum Dominum nostrum adhibiti fuimus simulque Sanctissimo Domino nostro tunc ea de re supplicavimus, sic

et nunc, cum eiusdem Illustris Domini Georgii Radziwil futurae probitatis et erga Ecclesiam Dei amoris, diligentiae et studii certa quaedam et laude dignissima signa indies appareant, idem quoque Sanctissimo Domino nostro significare statuimus. His enim temporibus elapsis tertia Octobris cum ipsius, tum fratris eius senioris, Illustris Domini Nicolai Christoferi Radziwil, Sacrae Regiae Maiestatis curiae Marschalci, opera, scelerati et ex Ecclesia Dei profugi homines calvinistae, e synagoga seu receptaculo suo antiquo, quo ad audiendum verbum Satanae confluere solebant, cedere et cum confusione migrare coacti sunt, quae res non parum eorum existimationem et audaciam apud omnes, etiam ipsorum farinae homines, diminuet, quod nos certo et fideliter testari coram Sanctissimo Domino nostro possumus. Fratres etiam ipsius duo iuniores, qui antea in religione catholica non adeo constantes et firmi esse videbantur, iam, Deo sit gloria, uterque vere et syncere, cum abiuratione et detestatione omnium errorum, Ecclesiam matrem alacer complexus est eique se in perpetuum adhaerere velle iureiurando confirmavit. Proinde petimus, ut Illustrissima Dominatio Vestra omnes nostros conatus in iuvanda Ecclesia Dei, pro amore suo erga eam, apud Sanctissimum Dominum nostrum promovere et perficere dignetur. Cui nos obnixè diligenterque commendamus. Vilnae, 9^a Februarii, anno MDLXXXV.

Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae servi indigni
Praelati et Canonici capitulares
ecclesiae cathedralis Vilmensis.

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

Alia manu: 75. Vilna. Capitulum Cathedralis Vilmensis. V²⁾ Februarii.

z) Sic in ms.

N. 115.

Vilnae, 21.VII.1575.

Valerianus [Protasewicz], episcopus Vilmensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
de Georgio Radziwiłł in coadiutorem suum promotus gratias agit;
Melchior Giedroyc, ad episcopatum Samogitiae [Mednicensem]
nominatum, commendat.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 119.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine Colendissime.

Cum iam negocium Illustris Domini Georgii Radziwil, in Olika et Nieswiz Ducis, quem ego mihi Coadiutorem episcopatus a Sanctissimo Domino dari petieram, sit Dei beneficio ac Sanctissimi Domini nostri benignitate absolutum et ille, rebus omnibus, quae in Brevis Suae Sanctitatis praescriptae fuerant, rite et legitime perfectis, a me et Venerabili Capitulo meo tanquam Coadiutor in societatem muneris iuxta Sanctis-

simi Domini voluntatem sit receptus, facere non potui, quin Illustrissimae Dominationi Vestrae pro studio ac opera, tam illi quam mihi apud Sanctissimum Dominum navata, maximas agerem gratias, cuius auctoritati tantum beneficium hoc tam necessario tempore mihi ac Ecclesiae meae collatum inprimis fero acceptum. Simul etiam illud significandum putavi me, pro eo atque Illustrissima Dominatio Vestra ad me scriperat, cum Illustri Domino Coadiutore egisse, ut in urbem quamprimum se conferret, cuius protectionis se inprimis cupidum ostendit, speroque illum, nisi quae Regno aut Reipublicae graviora pericula, quod absit, acciderint, brevi desiderio meo atque suo satis esse facturum et coram Illustrissimae Dominationi Vestrae pro beneficio accepto gratias acturum.

Praeterea cum Christianissimus Galliarum ac Poloniae Rex Henricus Reverendum Dominum Melchiorem Gedroć, ecclesiae nostrae cathedralis Vilnae custodem, cum esset ad eum in Galliam missus nuncius et ab omnibus ordinibus Magni Ducatus Lithuaniae Suae Maiestati commendatus, ad episcopatum Samogitiae morte olim Reverendissimi Domini Georgii Petkowicz vacantem nominaverit ac Sanctissimo Domino commendaverit, rogo, ut Illustrissima Dominatio Vestra auctoritate sua causam illius promovere et, ut confirmationem quamprimum obtinere possit, efficere dignetur. Cuius causam eo liberius ac libentius Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae commendo, quod eius virtus ac probitas, qua hic omnibus fratribus suis praeluxit, mihi sit cognita et perspecta et quod apud omnes ordines Magni Ducatus Lithuaniae sit valde gratus, praeterea indigena huius patriae et linguam norit Samogiticam, qua tanto maiorem fructum in illa dioecesi facere possit. Cum his me gratiae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae diligenter etiam atque etiam commendo. Vilnae, 21 Iulii, anno Domini 1575.

Eiusdem Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis
Vestrae observantissimus
Valerianus Episcopus Vlnensis
u) manu propria.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 116.

Lovitii, 27.VII.1576.

*Iacobus Uchański, archiepiscopus Gnesnensis,
Alexandro Farnesio cardinali
Ioannem Sienieński, nominatum archiepiscopum Leopolitanum, confir-
mandum commendat.*

Orig., sigil. Charta ex parte lacerata.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 120.

Illustrissime ac Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine
ac Patrone Colendissime.

Etsi plures viri graves hoc a me per suas literas contenderint, ut in commendationem Magnifici Domini Ioannis a Sienna, Castellani Haliensis, iam vero pro ecclesiae metropolitanae Leopoliensis administratione suscipienda per Maiestatem Regiam nominati, ad Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram, nostrum benignissimum Protectorem, aliqua scriberem, tamen potioem in eo rectae omnium quae de ipso est existimationis ac emo[lumen]ti praedictae ecclesiae rationem duxi habendam. Itaque, si meum de ipsius Nominati praedicti moribus et vita requiratur testimonium, non verear equidem firmiter asseverare ista mihi non minus antea quam hoc etiam tempore sic esse cognita, ut nulla unquam repraehensione,²⁾ quin potius non mediocri laude, omnium proborum atque prudentum²⁾ iudicio digna semper extiterint. Nec sane parvam apud omnes benevolentiam et auctoritatem ipsi conciliant non ipsa tantum insignis familiae, de qua est oriundus, nobilitas, sed etiam egregia in Rempublicam merita consiliaque saluberrima, quae ipse, dum plurium annorum curriculo ad suam usque praesentem grandaevam aetatem boni Senatoris officio fungeretur, pro communi omnium salute in medium proferre solebat; ita ut quantum de perfectiore divinarum et humanarum literarum cognitione ipsi deesset, tantum longa in eo rerum experientia et ipsa ex publicis tractandis negotiis acquisita prudentia suppleverit atque nunc etiam in administrando hoc sublimi ecclesiastico magistratu rite supplere posse videatur. Quod illi eo facilius et commodius futurum spero, quo pluribus ipse amicis et consanguineis abundat in ea, cui sit praeficiendus, archidioecesi: id vero, si fuit unquam, nunc omnino est necessarium post eam, quae nuper accidit, incursionem Tartarorum ac bonorum archiepiscopalium per eos factam depraedationem. Unde tam illa damna resarcire, quam etiam iniurias per vicinos inferri solitas, idem sua et amicorum suorum opera facilius propulsare poterit. Quamobrem ut ecclesia praedicta, multo iam tempore solatio pastoris destituta, iam tandem plurium, quas hactenus perpessa est, accipiat molestiarum finem, oro ac obsecro Illustrissimam Dominationem Vestram velit, pro suo erga sacram religionem zelo eximio, istius partes, quem Regia Maiestas ad hoc subeundum onus prae caeteris idoneum reperit, etiam apud Sanctissimum Dominum Nostrum ita promovere, ut minori cum negotio et absque longiore mora non omnino aliud magis quam ipsius Ecclesiae bonum nominationis de se factae approbationem et confirmationem apud Sanctam Apostolicam Sedem consequi possit. Factura sane est Illustrissima Dominatio Vestra rem universo ordini ecclesiastico et cunctis eiusdem archidioecesis incolis exoptatam ipsique Leopoliensi ecclesiae utilem atque necessariam. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram pro Ecclesiae sanctae ornamento et nostrum om[nium salu]tari laetitia sospitem ac foelicem conservare dignetur. Cuius benigno favori omnem [meam ob]servantiam ac studia et obsequia semper deditissima reverenter ac sedulo commendo. Datum Lovitii, XXVII Iulii, anno Domini MDLXXVI.

Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae

^{u)} servitor obsequentissimus

Iacobus Uchanski archiepiscopus Gnesnensis.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Cardinali Farnesio, [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

*Lucas Kościelecki, episcopus Premisliensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
ad episcopatum Posnaniensem nominatus, confirmationem translationis
petit.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 121.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Placuit Serenissimo Regi nostro in generalibus Regni Comitibus iuxta iura Regni et consuetudinem antiquam me ex Premisliensi episcopatu ad Posnaniensem paulo amplio et loco et senatu digniorem transferre, vel eo fortassis nomine, quod iudicium antecessorum suorum Regum Poloniae et proxime Serenissimi Regis Henrici in familia mea de Republica ac religione catholica a multis seculis semper benemerita ornanda singularique gratia prosequenda sequeretur, vel quod in hac potissimum Regni provincia sedes ac domicilium familiae meae esset. Quamvis itaque summopere desideraverim ipse me ad limina Sanctorum Apostolorum et ad oscula pedum beatorum conferre, simulque in praesentia Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationi Vestrae pro singulari gratia et benevolentia, quam mihi in obtinenda provisione ad episcopatum Premisliensem, diversis nonnullorum studiis obstantibus, benigne declarare dignata est, gratias agere. Tamen cum id facere tum ob occupationes senatorias, in Regno rebus ita perturbatis, tum ob difficultatem itineris propter pestem et alieniores quorundam a nobis in intermediis regionibus animos, integrum non sit, ab Illustrissima ac Reverendissima Dominatione Vestra submissem peto, velit me etiam nunc, cum de confirmatione translationis agetur, in protectionem suam recipere ac gratia et auctoritate sua expeditionem meam, quo facilius et celerius succedat, benigne promovere. Factura in hoc officium pietate ac celsitudine animi sui dignum, nulla apud me meique ordinis homines oblivione delendum. Quod sane quantum mihi per divinam benignitatem ac tenuitatem^{a)} licuerit, omni genere gratitudinis et obsequiorum quocumque tempore promereri non modo Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationi Vestrae studebo, verumetiam dabo operam, ut in omnibus me sibi obsequentissimum et ab antecessoribus meis in observantia et studio religionis nihilo inferiorem Sancta Sedes agnoscat nec illam praestiti unquam in me benefici poeniteat. Deus Optimus Maximus Illustrissimam ac Reverendissimam Dominationem Vestram diu quam felicissime Ecclesiae ac Regno nostro conservet incolumem. Cui me obsequiaque mea iterum atque iterum diligentissime trado ac commendo. Datum Posnaniae, X Decembris MDLXXVI.

^{u)} Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae
obligatissimus servitor
Lucas Coscielescius Episcopus Praemisliensis.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

a) *Hic probabiliter omissum pronomen: meam.*

u)-v) *Manu propria.*

Vilnae, 8.X.1577.

*Nicolaus Christophorus Radziwiłł**Alexandro Farnesio cardinali;**rogat, ut Georgius Radziwiłł sine mora in patriam redeat.**Orig., sigil.**A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 122.*

Illustrissime et Reverendissime in Christo Domine, Domine Colendissime.

Servitiis meis in gratiam Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae commendatis, praecor²⁾ illi cum sanitate perhenni¹⁾ omnes foelicissimos successus.

Et ego Italiam pro matre humanitatis, eruditionis et morum semper habui, ita fratres mei, quorum alter domum rediit, alter adhuc Romae degit, easdem dotes Italiae pleno ore praedicant, quicquid bonae institutionis et dignitatis ad ipsos redundavit, Sanctissimo Domino nostro et Illustrissimis dominis Cardinalibus acceptum ferentes. Inter quos, quod ab Illustrissima et Reverendissima Dominatione Vestra plurimis insuper beneficiis³⁾ affecti sunt, plus etiam Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae offitii se debere agnoscunt et ad demerenda beneficia per omnem occasionem parati sunt. Ego vero ut singularem voluptatem ex gratia fratribus meis ab Illustrissima et Reverendissima Dominatione Vestra praestita capio, ita immortales gratias illi ago, quod ex innata virtute et bonitate sua, rationem horum fratrum meorum habens, sua autoritate illis deesse noluerit. Quodsi hanc benevolentiam quacunque ratione et occasione demereri potero, faciam, ne voluntatem mihi defuisse Illustrissima Dominatio Vestra cognoscat, quam in praesentiarum diligenter rogatam velim, ut quemadmodum hactenus Illustrum Dominum Georgium Coadiutorem Vilmensem, fratrem meum, benevolentia sua prosecuta est, ita ei autor esse velit, ut sine mora in patriam redeat, nisi iacturam maiorem rerum suarum sentire malit. Quod Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram pro solita gratia ut haud gravatim facturam confido, ita me ad omne genus offitii vicissim illi praestandum offero omniaque foelicissima exopto. Datae in Vilna, VIII-a Octobris MDLXXVII.

¹⁾ Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae servitor^{v)}
*Nicolaus Christopherus*²⁾ Radzivil in Olica et Niesviz Dux,
 Marsalcus curiae Magni Ducatus Lithuaniae
³⁾ manu propria.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Protectori Regni Poloniae [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

Cracoviae, 31.XII.1577.

*Petrus Myszkowski, episcopus Cracoviensis,
Alexandro Farnesio cardinali,
Martino Białobrzieski suffraganeo Cracoviensi, ad episcopatum Camenecensem translato, rogat, ut Iacobus Milewski ad suffraganeatum Cracoviensem promoveatur.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 123.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Cum Reverendus vir Martinus Bialobresius, qui meum in ecclesia Cracoviensi Suffraganeum egit, de Laodicensi ad Camenecensem ecclesiam et episcopatum recens translatus esset, egoque deliberarem, cuinam hoc Suffraganei vacans officium deferrem, inter alios unus mihi maxime ad id munus gerendum idoneus visus est: Iacobus Milevius, Decanus Lanciciensis et Gnesnensis Cracoviensisque meus Canonicus, vir et pietatis integritatisque spectatae et ingenii doctrinaeque non vulgaris. Cui, facta provisione, quae ad sustentandam eius condicionem pro dignitate sua sufficeret, officium hoc Suffraganei lubenter detuli et Sanctissimo Domino Nostro supplicavi, ut ecclesiam Laodicensem etiam vacantem, cuius titulo Suffraganei Cracovienses ornari soliti sunt, ei quoque conferre simulque beneficia ecclesiastica, quae in praesentia habet et in posterum habere poterit, quoad hoc Suffraganei munus gesserit, eidem clementer reservare vellet. Nam sine his dignitatem suam Episcopalem decenter tueri non posset. Illustrissimam etiam et Reverendissimam Dominationem Vestram rogo, efficere velit studio et opera sua, ut hoc negotium et cito et de eius, cuius res agitur, animi sententia expediatur. Quod Illustrissimam Dominationem Vestram non gravatim facturam confido. Cui diuturnam valetudinem et omnia prospera opto meque illius gratiae, favori et benevolentiae diligenter commendo. Datae Cracoviae. Ultima Decembris. Anno Domini MDLXXVII.

u) Illustrissimae Dominationis Vestrae
addictissimus servitor
Petrus Miszkowski Episcopus Cracoviensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

In absentia eius Illustrissimo et Reverendissimo Domino Vicepro-
tectori.

u)-v) *Manu propria.*

Ludovicus...
Ascanio Salimbeni
litteras episcopi Cracoviensis remittit.
Orig., sigil. vest.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 124.

Signor mio Osservandissimo.

In assentia di Monsignor Illustrissimo Farnese Illustrissimo Cardinale mio ha espedito questa Chiesa di Pollonia ^{z)} et per ordine suo gli remando la lettera del Vescovo di Chraccovia ^{z)} acciò gli possa rispondere, et a Vostra Signoria baso le mani.

Di Vostra Signoria Molto Reverenda
Affettionatissimo servitor il Cancelliere Ludovico ...^{a)}

In dorso: Al molto Reverendo Signor mio Osservandissimo Illustrate Ascanio Salimbeni, Segretario di Monsignor Illustrissimo Farnese.

Alia manu: Signor mio Osservandissimo. Il Cardinale vuol che si risponda a questo Vescovo, conforme a quel che scrive a me in questa coperta il Canonico Secretario di Savello.

Padre Ascanio Salimbeni.

a) *Cognomen non legitur.*

z) *Sic in ms.*

Iacobus Uchański
Alexandro Farnesio cardinali
Iacobum Brzeźnicki, celebratae synodi provincialis nuntium ad [Gregorium XIII] papam missum commendat.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 125.

Illustrissime ac Reverendissime Domine.

Ex hac provinciali nostra synodo, quam multo tempore desideratam pietate Serenissimi Regis et studio Reverendissimi Domini nuntii Apostolici ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Gneznensis aliorumque Episcoporum, Divina adiuvante gratia, satis foeliciter perfecimus, designatus est a nobis et universo clero Nuntius Reverendus Iacobus

Brzesnicki, Iuris Utriusque Doctor, Canonicus Posnaniensis, ad Sanctissimum Dominum nostrum. Qui cum habeat aliqua, quae ad bene constituendas in hac Provincia variis temporum calamitatibus et iniuriis oppressas ecclesias pertinent, commendamus eum diligenter Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationi Vestrae, tanquam singulari Regni huius et omnium nostrum patrono ac protectori, reverenterque petimus, ut illi in omnibus plenam fidem adhibere negotiaque, quae propositurus est, auctoritate et gratia sua benigne promovere dignetur. Factura ea in re offitium ^{u)} dignitate pietateque sua dignissimum, pro quo non modo apud Dominum mercedem perpetuam, sed etiam hoc in Regno nominis sui de Ecclesiis nostris afflictis optime meriti propagationem est relatúra. Quam ut Deus diu salvam ac foelicem conservet, precari nunquam intermissuri sumus. Datum Petricoviae in Synodo Provinciali, die XXV Mai, in Vigilia Pentecostes, anno Domini 1577.

^{u)} Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae
servitor addictissimus ^{v)}

Jacobus Uchanski, Divina et Sedis Apostolicae
gratia Archiepiscopus Gneznensis, Legatus Natus,
Regni Poloniae Primas, suo ac Episcoporum totiusque
cleri in synodo congregati nomine

^{u)} manu propria subscripsit. ^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro [etc.] Cardinali Farnesio
[etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

Alia manu: Archiepiscopus Gnesnensis totius Sinodi ^{z)} nomine.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 122.

Volborii, 7.VIII.1577.

*Stanislaus Karnkowski, episcopus Vladislaviensis,
Alexandro Farnesio cardinali
Iacobum Brzeźnicki, statuta synodi Petricoviensis Romam confirmanda
ferentem, commendat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 126.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Cum ea sit nominis Illustrissimae Dominationis Vestrae amplitudo et virtutis praestantia, ut omnes, qui sedulitatis suae et in tuendis ac propagandis Ecclesiae Dei commodis diligentiae fructum percipere velint, Illustrissimae Dominationi Vestrae commendati esse cupiant, non putavi me contra officium facturum, si, cupiditate levandae multis malis Ecclesiae Dei flagrans, causam ipsius apud Sanctissimum Dominum Nostrum ab Illustrissima Dominatione Vestra suscipi promoverique peterem. Res

igitur ita se habet: consultatum nuper a nobis est, quo pacto prementibus Ecclesiam malis iri obviam possit, atque publica synodi autoritate leges et constitutiones quaedam sunt latae, quibus, si non funditus tolli, levare nihilominus multum ea mala, quae toleramus, posse videntur. Quamobrem ut hunc Reverendum Dominum Iacobum Brzezniczki, Canonicum Posnaniensem (qui Sanctissimo Domino nostro pro confirmandis iis ab universo clero supplicare est iussus) Illustrissima ac Reverendissima Dominatio Vestra gratia et autoritate sua iuvare dignetur, maiorem in modum rogo. Illustrissimam Dominationem Vestram diutissime incolumem vivere cupio. Volborio VII Augusti MDLXXVII.

u) Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae
addictissimus servus
Stanislaus Carncovius Episcopus Wladislaviensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio Regni Poloniae Protectori.

u)-v) *Manu propria.*

N. 123.

Nieśwież, 20.III.1577.

*Nicolaus Christophorus Radziwiłł
Alexandro Farnesio cardinali,
nuntiat se fratres suos, Romae commorantes, domum revocare.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 127.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine plurimum Colendissime.

Humanitas Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae, quam fratres mei ore praedicant pleno, facit, ut hisce eam offitiose²⁾ interpellem ac meum illi studium et benemerendi desyderium²⁾ commendem, quod si tantum intervallum itineris non obstaret, quanto disiuncti sumus, nullam occasionem omitterem, qua Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae constaret, quanti illius benevolentiam facio et quam grata memoria illam colam observemque. Nunc quia propter certas easque graves causas cogor eosdem fratres meos, qui Romae literis operam dant, domum revocare, quos ea gratia, quam semper experti sunt, ut Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra dimittere et una mecum ad perpetua servitia sibi obligare et devincere dignetur, eam maiorem in modum rogatam velim, prout et hoc sumopere flagito, ut Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra tam mihi quam fratribus meis libere imperet. Quicquid sibi studii a nobis deberi existimaverit, summopere enitemur, ut nullum genus offitii²⁾ in nobis desyderetur. His Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem

nem Vestram diu foeliciterque valere exopto atque mea illi servitia diligentissime iterum atque iterum commendo. Datae in Niesvisch, die XX Martii, Anno MDLXXVII^o.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae benevolus servus v)
Nicolaus Christophorus Radzivil in Olica et Nieswicz Dux, Marsalcus Curiae Magni Ducatus Lituaniae u) manu propria. v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Fernesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 124.

E rure Chrobro, 28.VII.1578.

*Petrus Myszkowski, episcopus Cracoviensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
Iacobum Milewski in suffraganeum Cracoviensem promovendum petit.
Orig., sigil.*

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 128.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Sicut in aliis cathedralibus huius Provinciae ecclesiis, maioribus praesertim, ita et in mea Cracoviensi ecclesia, quae longe lateque patet, ab immemorabili tempore Suffraganeus semper fuit, qui Episcopi in pontificalibus vicarius est, eiusque officium est divina officia in ecclesia pro Episcopo obire, templa dedicare, reconciliare clericosque ad sacros ordines ordinare etc. Nam cum Episcopi in hoc Regno non solum Episcoporum, verumetiam Senatorum personam sustineant, ac ob id publicis Regni conventibus eos interesse necesse sit, cumque tantum in illis temporis ponant, ut non raro plus quam semestri toto eos ab Ecclesiis suis abesse contingat, fieri nullo modo potest, ut munia sua episcopalia semper per se obeant, sed necesse est eos Suffraganeorum vicaria opera uti. Hoc igitur officium cum in Ecclesia mea vacaret, Iacobo Milevio, Decano Lanciensi Cracoviensique meo Canonico, viro pio et bono, illud detuli ac Sanctissimo Domino Nostro eum per litteras commendavi, supplicans, ut Ecclesiam Laodicensem, cuius titulo Suffraganei Cracovienses ornari consueverunt, ei conferre simulque beneficia ecclesiastica, quae nunc habet et in posterum habere poterit, quoad hoc Suffraganei munus gesserit, eidem clementer reservare vellet. Nam sine his dignitatem suam Episcopalem decenter tueri non posset. Quoniam autem negotium hoc expeditum adhuc non est, Illustrissimam Dominationem Vestram rogo, efficere velit studio et autoritate sua, ut sine ulteriori mora expediri possit. Res aequissima est, si aliis Episcopis, qui ampliores redditus habent, reservationes tamen beneficiorum ecclesiasticorum con-

ceduntur, ut etiam huic, qui titulum tantum episcopalem habet, reservationis beneficium non negetur. Alioqui et is munus hoc recusaret et neminem alium, qui illud suscipere vellet, invenire possem. Facturam Illustrissimam Dominationem Vestram non gravatim confido. Cui diuturnam valetudinem et omnia prospera opto meque illius favori et benevolentiae diligenter commendo. Datae e rure meo Chrobro XXVIII Iulii. Anno Domini MDLXXVIII^o.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
addictissimus et veteranus servitor
Petrus Miscovius Episcopus Cracoviensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio.

u)-v) *Manu propria.*

N. 125.

s.l., 23.IV.1578.

Georgius Ticinius
Alexandro Farnesio cardinali;
rogat, ut receptio [Pauli Uchański] oratoris, oboedientiam regis Poloniae
[Stephani Bathorei] Romam ferentis, paretur.

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 129.

Illustrissimo et Reverendissimo Monsignor et Padron mio Colendissimo.

Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima ben se ricorda che più volte gli ho supplicato che fosse contenta d'accomodare il Signor Imbasciador del Serenissimo Re di Pologna²⁾ in qualch' suo luogo, il quale viene in Roma per dare obediienza a Sua Santità, dove non ci starà molti giorni, et perch' è stato mandato un secretario da Sua Maiestà a Sua Santità, il qual al presente non è anchora arrivato, ma s'aspetta d'hora in hora, et ha ordine per scusare la tardezza del detto Signor Imbasciatore et dove l'haverà d'aspettare et per dar ordine alle cose necessarie di Casa. Però supplico Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima si degni commandare che sia accomodato dove a lei parerà, acciò possa dar ordine come di sopra. Con questo gli basso le mani. Di Casa alli 23. d'aprile 1578.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
Humilissimo servo Giorgio Ticinio.

In dorso: All'Illustrissimo Cardinal Farnese. In Caprarola.

2) *Sic in ms.*

Varsaviae, 15.I.1578.

Georgius Radziwiłł
Alexandro Farnesio cardinali
fratrem suum Stanislaum Radziwiłł, Romam proficiscentem, commendat.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 130.

Illustrissimo e Reverendissimo Monsignore, Signor e Padron mio Colendissimo.

Venendo a Roma il Signor Principe Stanislao, mio fratello, ho voluto accompagnarlo con la presente, perchè baci le mani a Vostra Signoria Illustrissima et se li dia a conoscere per quel servitore che le è, come siamo tutti noi altri suoi devotissimi. Si degni di riceverlo con la sua solita benignità et di favorirlo ne le occasioni che si presenteranno a la molta e benemerita autorità di Vostra Signoria Illustrissima, la quale supplico che mi conservi in sua buona gratia, et le bacio riverentemente le mani, pregandole da Nostro Signor Dio ogni felicità. Di Varsavia. A 15 di gennaio MDLXXVIII.

Di Vostra Signoria Illustrissima e Reverendissima
u) humilissimo servitor Giorgio Radziwyl
Duca di Olica.v)

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinale Farnese [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

Nieśwież, 5.XII.1578.

Nicolaus Christophorus Radziwiłł
Alexandro Farnesio cardinali
Stanislaum Sędziwój Czarnkowski, ad coadiutoriam Gnesnensem prae-
sentatum, commendat.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 131.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine plurimum Colendissime.

Servitiis meis in gratiam Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae commendatis, praecor^{z)} eidem omnium rerum foelicissima augmenta.

Magnificus Dominus Stanislaus Sandivoius, Comes a Czarnkowo, Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis mei Referendarius, homo de Republica nostra et de religione benemeritus, nobilitate, eruditione et rerum experientia insignis, a Reverendissimo Domino Iacobo Uchanski, Archiepiscopo Gnesnensi, in Coadiutorem assumptus, aemulorum invidia multas difficultates patitur, quae confirmationem Regiam remorantur, quo minus hic actus suum sortiatur effectum. Cumque dictus dominus Comes ob illius virtutes et reliqua dona, quibus ornatus est, mihi admodum charus existat, eum Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae offitiose commendandum duxi, prout commendo per praesentes, pro eo Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram diligenter rogando, ut, si quando in hoc negotio Coadiutoriae ope et opera Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae indigerit, eum pro sua humanitate iuvare dignetur, quo iuxta votum Reverendissimi Archiepiscopi Gnesnensis id assequatur benefitii,¹⁾ quo illum praedecessores Serenissimi Regis nostri ornare voluerunt. In quo quicquid favoris et benevolentiae ab Illustrissima et Reverendissima Dominatione Vestra expertus fuerit, grata memoria recollendo²⁾ perpetuis servitiis una mecum demereri conabitur. His Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram diu foeliciterque valere percipio et illi mea servitia denuo diligentissime commendo. Datae in Niesviz, die V Decembris, anno MDLXXVIII.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae servitor^{v)}
Nicolaus Christophorus Radzivil in Olica et Niesviz Dux,
in Schidlowiec et Mirrh Comes
u) manu propria.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*
z) *Sic in ms.*

N. 128.

Unieiovii, 6.I.1578.

*Iacobus [Uchański]
Alexandro Farnesio cardinali;
rejer Stanislaum Sędziwój Czarnkowski in coadiutorem Gnesnensem cum
futura successione a se acceptum esse; confirmationem a [Gregorio
XIII] papa petit.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 132.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine
omni observantia Colendissime.

Studiis et obsequiis meis addictissimis Illustrissimae et Reverendissimae Paternitati Vestrae in primis diligenter commendatis.

Ea est de Illustrissima Paternitate Vestra toto orbe diffusa et pervagata virtutis et praecelsi animi praedicatio, quod nihil apud se gratius habet atque iucundius, quam bonis viris, in quibus virtutis et doctrinae significatio elucescit, autoritate et gratia sua praesto esse et eos benevolentia et clementi animo prosequi. Tanto vero id benignius et prolixius Illustrissimam Paternitatem Vestram solere facere, quum ad Ecclesiae Dei gubernacula huiusmodi assumuntur, qui ipsius salutem et dignitatem divino freti beneficio procurare possunt; tum demum enim Illustrissimam Paternitatem Vestram omnem animi sui impetum effundere, consilium et operam suam ita humanissime accomodare, ut penes se in tanto sanctae Urbis totiusque orbis Christiani teatro ²⁾ pulcherrimam palmam istius rei obtineat. Quod cum quam plurimis Illustrissima Paternitas Vestra libentissime, et mihi etiam libenter, praestiterit et in dies praestare non desistat, ad Illustrissimam Paternitatem Vestram velut ad tutissimum portum confugio in negotio pridem a me inchoato, cuius exitus quum non modo ad decus et ornamentum bonorum virorum, sed etiam ad Ecclesiae Dei praesidium et ordinis ecclesiastici stabilimentum pertineat, non dubito fore, quin Illustrissima Paternitas Vestra meam petitionem solita benignitate in optimam partem accipiet et gratiae suae patrocinio ad effectum deducere contendet.

Si quidem ante biennium, de certa scientia et consensu expresso Serenissimorum Regum, accepi et adoptavi in Coadiutorem Archiepiscopatus Gneznensis, cum futura successione, Generosum et Reverendum Dominum Stanislaum Sandiwogium a Czarnkow, Regni Referendarium, debito iuris modo et solemni ritu ac ordine. Qua de re quod ad Sedem Apostolicam et ad Sanctissimum Dominum nostrum tam longo temporis spatio non retulerim, non sine maximis causis factum est. In primis vero propter summas difficultates et tempestates, quibus hoc Regnum fatali quadam acerbitate iactatum fuit: unde non defuit mihi toto hoc tempore cumulus invidiae, non defuerunt acerba odia, quae ut in ecclesiasticum ordinem passim exarserant, ita me unum fere obruebant magisque obruerent, si eam rem et istud consilium meum divulgassem. Deinde vero quod is, qui a me instituitur successor, mutato statu pristino et conditione ecclesiastica inita, neque eum locum, neque gratiam, nec denique eam auctoritatem apud equestrem aliosque ordines habuisset in negotiis Reipublicae gerendis illaque sententia tuenda et promovenda, quam Sanctissimus Dominus noster toti orbi Christiano salutarem futuram certo indicabat. Nam viri ecclesiastici in illo fervore vix habent locum et facultatem suffragii ferendi, in quo ille ut singularem suam dexteritatem declaravit, ita ad extremum, omnibus fere aliis dilapsis, a sententia sua non descivit. Postea subsequuta est mira rerum vicissitudo et adversitas in eos, qui sententiam hanc amplexi fuerant, neminem tamen magis perculerat, quam hunc Coadiutorem meum designatum, eo quod fidem suam et constantiam erga Divum Imperatorem arctissime tenuisset. Itaque intolerabili plaga et fortunarum iactura accepta, constituerat nunquam in patriam redire nec amplius impetitionibus malevolorum, quorum conatus ambiciosos represserat, sese exponere, nisi primum autoritas Reverendissimi Domini Montis Regalis Episcopi, Sanctissimi Domini nostri Nuncii, deinde vero meae persuasiones et amicorum vota ac petitiones illum nobis in patriam reducem fecissent. Huic igitur

nuper reverso ne quid in mea pietate veterique amore desit, ne quid denique in fide et constanti animo desideretur, ipsa conscientia officiumque boni viri exigit. Sed quid dico officium! necessitas potius exposcit, Ecclesiae ipsius salus et incolumitas hoc requirit, propter quam huius rei sementem fecimus. Proinde mearum partium esse existimo pro ea fide, qua Deo Optimo Maximo eiusque sponsae Ecclesiae sumus obstricti, omni diligentia eniti, ne hoc meum factum sit infectum. Quum enim homo iste ex illustri et pervetusta familia sit ortus, de Ecclesia et Republica optime meritis, iis insuper dotibus et aetatis maturitate sit praeditus, meo quidem et aliorum iudicio tam bene huic muneri praeesse poterit et prodesse, ut nemini in ea re primas sit concessurus, optimeque consultum et provisum Ecclesiae Dei omnes fateri cogentur, quum tantus vir clavum rei ecclesiasticae tenebit. Si quid vero, quod Deus avertat, diversum accidisset, facile Illustrissima Paternitas Vestra, pro sua incredibili prudentia, existimare potest, quantum mali Ecclesiae et ipsius Ministris in hoc Regno impendeat. Quoniam autem huic negotio adiuncta est conservatio dignitatis et autoritatis Serenissimorum Regum Sigismundi olim Augusti et Christianissimi moderni, confido Illustrissimam Paternitatem Vestram daturam operam, ne eorum acta rescindantur, sed ut sarta tecta conserventur, sedulo curaturam. Quid enim esset indignius atque acerbius, quam eorum donationes et concessiones non modo infirmare et in dubium vocare, verumetiam destruere et convellere? Quas Regia Maiestas moderna nemini convellit et abrogat, neque abrogare potest, propter iurisiurandi sacramentum, quod etiam si non esset interpositum, tamen permota charitate et gloria Regis demortui, affinis sui, permota amicitia Christiani Regis, a quibus ego consilium adoptandi Coadiutoris caeperam,²⁾ non pateretur eorum consensum et voluntatem expressam irritam esse. Quumque ad perficiendum opus institutum nihil aliud requiratur, quam confirmatio et admissio benignissima Sanctissimi Domini nostri, cuius me nullatenus fieri posse compotem video sine gratia atque autoritate Illustrissimae Paternitatis Vestrae, Domini mei clementissimi.

Idcirco Illustrissimam Paternitatem Vestram humillimis precibus obsecro, ut in ea re benignum naturae suae studium et opem, quam imploro, mihi declaret et celerem perfectionem re ipsa exprimat, ut omnibus²⁾ intelligant ab Illustrissima Paternitate Vestra rationem maximam haberi Ecclesiae et ordinis ecclesiastici, non minus etiam duorum Regum voluntatis, quorum alterum Illustrissima Paternitas Vestra habuit amicissimum, alterum vero etiamnum diligit, colit et observat. Faciet certe Illustrissima Paternitas Vestra rem suo nomine amplissimo et immortalis gloria dignam, quam ego et is eximius vir, a me adoptatus, cum tota sua illustri familia perpetuo votis prosequetur et studiis promptissimis omnique genere obsequiorum promerebitur. Christus Dominus Illustrissimam Paternitatem Vestram diutissime incolumem servet et omni foelicitate cumulet. Datum Unieiovii, die sexta mensis Ianuarii, Anno 1578.

¹⁾ Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
servitor addictissimus
Iacobus archiepiscopus Gneznensis subscripsit.^{v)}

¹⁾ *v) Manu propria.*

²⁾ *Sic in ms.*

Varsaviae, 15.IV.1578.

Vincentius [Dal Portico], nuntius in Polonia,
 Alexandro Farnesio cardinali;
 de Paulo Uchański, a rege Poloniae [Stephano Bathoreo] ad [Gregorium
 XIII] papam legato.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 133.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Patrone Colendissime.

Erat ea Serenissimi Poloniae Regis voluntas, ut observantiam suam erga Sanctissimum Dominum nostrum et Sedem Apostolicam quamprimum testaretur nullumque in eo genere catholici Regis officium in se requiri permetteret. Elegerat ergo inter caeteros Regni proceres Illustrrem Paulum Uchanski Comitem a Slucewo, quem ob praeclaras animi virtutes, ob singulare studium catholicae religionis hoc potissimum munere dignissimum iudicarat. Is, cum tam honorificae legationis munus sibi obtigisse vehementer gauderet, quicquid ad eam pertinere videretur, alacriter et celerrime procurabat. Verum cum in ipso ferme instituendi itineris cursu Reverendissimus Gnesnensis Archiepiscopus, eius patruus, in morbum gravem et illi praesertim aetati periculosum incidisset, fratris filium, quem in oculis fert, secum retinuit et ab se divelli nulla ratione passus est. Postea, cum morbi vis aliquantulum desedisset, et meliore statu esse inciperet, totus in eam curam Magnificus Legatus incubuit, quo susceptum munus absolveret, itaque in viam se dedit, brevi Deo iuvante Romam venturus. Non dubito ego Dominationem Vestram Illustrissimam, quae pro summa sua et in catholicam religionem pietate et in hanc nobilissimam gentem caritate totius Regni patrocinium suscipere gravata non est, omnibus in rebus Illustrrem oratorem favore et gratia sua prosecuturam. Si tamen Illustrissima Dominatio Vestra ad id etiam mea commendatione aliquid addere dedignata non fuerit, quicquid in eum officii contulerit, id ita accipiam, ut in me ipsum Dominationem Vestram Illustrissimam putem contulisse. Quod reliquum est, Dominationi Vestrae Illustrissimae addictissima obsequia mea humillime commendata esse cupio omnemque foelicitatem a divina bonitate contendo. Datum Varsaviae, die XV Aprilis MDLXXVIII.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
 humillimus et deditissimus servitor
 Vincentius Episcopus Montisregalis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

Lovitii, 25.III.1578.

*Iacobus Uchański, archiepiscopus Gnesnensis,
Alexandro Farnesio cardinali
nepotem suum Paulum Uchański Romam se conferentem commendat.
Orig., sigil.*

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 134.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine et fautor Observandissime.

Saepius equidem illam dari occasionem cupiebam, qua meam veterem eamque continuam fidem ac observantiam Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationi Vestrae contestatam reddere possem. Quae cum eiusmodi nepote meo in legatione Serenissimi Regis nostri ad Urbem proficiscente optata contigerit, nullo pacto eam praetermittendam existimavi. Magno quippe in pretio gratiam et benignitatem Illustrissimae Dominationis Vestrae penes me repositam habui, eamque ut omni tempore integram retinerem, solícite curavi, quam simili studio mei etiam conservandam relinquere contendam. Nunc vero eundem nepotem meum ita Dominationi Vestrae Illustrissimae magnopere opto esse commendatum, ut non solum in meum Illustrissimae Dominationi Vestrae modis omnibus obsequendi ac inserviendi studium, sed quoque in gratiam eius ac benevolentiam singularem succedat, qui etsi grave omnino, ut verum fatear, ac suis viribus longe impar, Serenissimo Rege nostro iubente, onus amplissimae Legationis impositum suscepit, nihilominus in eximia clementia ac benigna Reverendissimae Dominationis Vestrae protectione tantum spei ac fiduciae collocat, ut quando eius benigno praesidio fuerit subnixus, omnia sibi prospere successura polliceatur. Porro quicquid in eum favoris ac beneficii contulerit, me quidem una cum ipso perpetuo sibi fore devinctissimum Illustrissima Dominatio Vestra arbitretur. Cui deditissima studia et obsequia mea reverenter defero et omnem prosperitatem a Divina bonitate summis precibus contendo. Lovicii, XXV Martii, anno Domini MDLXXVIII.

Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae

u) servitor deditissimus

Iacobus Uchanski Archiepiscopus Gneznensis subscripsit.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

E rure Chrobro, 28.VII.1578.

*Petrus Myszkowski, episcopus Cracoviensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
de Iacobo Brzeźnicki, nuntio Poloniae Roma reverso; de acatholicis in
Polonia eorumque libertate; de nuntio [Vincentio Lauro] Romam
revertente.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 135.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Reversus huc Iacobus Breznicius, qui cleri Polonici apud Sanctissimum Dominum Nostrum nuncium egit, narravit mihi de benigna et propensa Illustrissimae Dominationis Vestrae erga me voluntate, quae res etsi mihi nova visa non est, nam et antea non semel, et nunc proxime, in expeditione de Episcopatu Cracoviensi negotii mei, multis illustribus argumentis, quo esset erga me studio et favore, declaravit; quae tamen Iacobus narrabat, ea mihi auditu iucundissima fuerunt. Itaque ea de re Illustrissimae Dominationi Vestrae maximas gratias ago, atque ut hanc praeclearam suam erga me voluntatem perpetuam esse velit, eam quanto maiori studio possum rogo. Qui hic est Sanctissimi Domini nostri Nuncius, me ad curam et defensionem Ecclesiae Dei contra impios haeticorum conatus verbis Sanctitatis Suae diligenter hortatus est. Quod licet muneris mei ratio per se ipsa a me exigat, tamen cum haec adhortatio illustre testimonium sollicitudinis Sanctitatis Suae non solum erga hanc meam, verum etiam erga omnes huius provinciae ecclesias sit, ea de causa fuit estque mihi longe gratissima. Idcirco Sanctitati Suae respondens, ei gratias egi, et quod apud illam testatus sum, idem apud Illustrissimam Dominationem Vestram testor me pro virili mea dare operam, ne officio meo hac in re desim. Sed tantus est hoc in Regno haeticorum furor, ut, nisi Dei ac Sanctissimi Domini Nostri ope et auxilio adiuvemur, vix ulla spes eius reprimendi esse possit. Habemus quidem Regem nostrum catholicae religionis studiosum, sed qui ab ea religione dissident, eorum tanta est multitudo, neque multitudo solum, verum etiam et licentia et potentia, nihil ut sibi non licere nihilque non audendum esse existiment. Cuius licentiae et audaciae fontem impiam illam confoederationem, regio sacramento firmatam, quae unicuique quod illi videatur credere permittit, esse puto, ex quo fonte innumerae profluxerunt et quotidie profluunt haeticorum sectae, quae, veteri eaque catholica fide contempta, paulatim etiam omnes veteres easque sanctissimas et honestissimas, non solum Ecclesiae, sed etiam et civiles ac patriae suae leges contemnunt, despiciunt ac pro nihilo ducunt, et quotidie in graviores ac execrabiliores sectas prolabantur, nulla non solum Ecclesiasticorum, verum etiam secularium Magistratuum habita ratione. Iam non pauci sunt, qui haebraicam religionem publice profiteri non verentur. Multi, qui ariani facti ad Turcicam impietatem inclinant, neque desunt, qui nihil omnino credere videntur, qui licet inter se dis-

sident omnes, tamen in oppugnanda Catholica Ecclesia et Apostolica Sede secum consentiunt. Nam et in aliis et in hoc proximo Regni conventu unanimi studio et voluntate de annatis, ne Romam mitterentur, a Serenissimo Rege contendebant, quorum conatibus quantum potuimus obstitimus.

Quid postea eventurum sit, nescio. Haec commemoravi, ut non solum quantis in periculis versemur, verum etiam quantum cum tot et talibus haereticis negotii et difficultatis habeamus, Illustrissima Dominatio Vestra cognoscere possit; ad quos quidem haereticos reprimendos, nisi, ut supra dictum est, singulari Dei ac Sanctissimi Domini Nostri^{a)} et auxilio nobis succurratur, vix credere possum, ut in eo rem alicuius momenti facere possimus. Quod ad me attinet, sicut hucusque nihil eorum, quae mearum partium sunt, hac in re praetermittendum curavi, ita deinceps, quantum omni industria, studio et opera eniti poterō, dabo operam, ut nullum unquam officium Sanctae Catholicae Ecclesiae debitum iure quisquam in me desiderare queat. Reliqua ex Reverendissimo Domino Montis Regalis Episcopo, qui hic legatione sua cum Sanctae Sedis Apostolicae dignitate et sua magna laude perfunctus, istic revertitur, Illustrissima Dominatio Vestra cognoscat. Quod superest, opto Illustrissimam Dominationem Vestram bene et foeliciter valere. Datae e rure meo Chrobro XXVIII Iulii. Anno Domini MDLXXVIII.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
addictissimus et veteranus servitor
Petrus Miscovius, episcopus Cracoviensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

a) *Hic omissum videtur verbum ope vel aliud huiusmodi.*

u)-v) *Manu propria.*

N. 132.

Cracoviae, 3.XI.1578.

*Ioannes Zamoyski
Alexandro Farnesio cardinali
Ioannis Koss causam commendat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 136.

Illustrissime et Reverendissime Domine et Domine Colendissime.

Etsi Celsitudinem Vestram Illustrissimam non dubium est in omni re facere pro suo munere protectorio huius Regni, cuius tutelam gerit, sine cuiusque commendationibus aut patrociniis, quod ad opem ferendam omnibus iis, qui se se iniuriis affectos esse putent, pertinere videatur,

tamen ad hoc illius Celsitudinis singulare et pietatis plenum studium, quod in omni negotio praesefert, addendas et preces meas putavi apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram pro Reverendo viro Ioanne Coss Prusso, Canonico Culmensi, cuius fratres hic regio servitio versantur. Is enim non ita pridem iure ac iniuria Canonicatu Loviciensi privatus, apud Sanctam Sedem Apostolicam de iniuria queri instituit. Quem si Illustrissima Celsitudo Vestra pro summa autoritate sua apud Sanctissimum Dominum Nostrum adiuverit, quantum causae illius aequitas postularit, me, iampridem sibi devinctum et obligatum, devinctiorem et obligatiorem ad omniaque sua causa agenda et subeunda paratiorem Celsitudo Vestra Illustrissima reddet. Cuius me gratiae diligentissime commendatum esse cupio. Cracoviae, 3 Novembris 1578.

u) Illustrissimae Dominationis Vestrae
observantissimus servitor
Ioannes Zamoiski
Regni Poloniae Cancellarius.v)

In dorso: Illustrissimo Cardinali Farnesio [*etc.*] Protectori Regni Poloniae [*etc.*].

u).v) *Manu propria.*

N. 133.

Pircovii, 10.VIII.1578.

*Stanislaus Karnkowski, episcopus Cuiaviensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
pro meritis gratias agit;
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 137.*

Illustrissime Domine, Domine Colendissime.

Cum ex Iacobo Brzeznicio, tum ex ipsis Illustrissimae Dominationis Vestrae literis cognovi, quanto illa studio res huius provinciae afflictas complexa sit, quamque diligenter et easdem apud Sanctissimum Dominum Nostrum promoverit et summam illius benignitatem non vulgaremque erga me animi propensionem sua autoritate iudicioque confirmarit. Quod cum se et in posterum diligentissime facturam polliceatur, magnas illi hoc nomine gratias ago, petoque, ut non modo Illustrissima Dominatio Vestra me suo amore prosequatur, sed etiam Suae Sanctitatis de me iudicium praeclaramque erga me voluntatem perpetuo confirmet ac tueatur. Me autem Illustrissima Dominatio Vestra eum sibi esse persuadeat, qui nullam illi inserviendi occasionem ullo unquam tempore sit

omissurus. Commendo me obsequiaque mea in gratiam Illustrissimae Dominationis Vestrae. Datum Pircovio, 10 Augusti 1578.

u) Illustrissimae ac Reverendissimae Paternitatis Vestrae
addictissimus
Stanislaus Carncovius
Episcopus Cuiaviensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 134.

Pultoviae, 22.V.1579.

*Petrus Dunin Wolski, episcopus Plocensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
refert se ad legationem coram [Gregorio XIII] papa a rege Poloniae
[Stephano Bathoreo] designatum esse.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 138.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Plurimas semper habui causas colendae et observandae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae. Sed cum aliae cum multis mihi communes fuerunt, has, quae ad pauciores pertinebant, propositas et ego ita habebam, ut nihil unquam neglexerim, ex quo me proprie Illustrissimae Dominationi Vestrae esse addictum apparere potuerit, quod ut et hoc tempore non minus mihi curae esse vel apud ipsam Illustrissimam Dominationem Vestram ostendam. Statim ut non modo mihi decretam, sed et certam hanc fore meam ad Sanctissimum Dominum Nostrum legationem intellexi, cum id significandum Illustrissimae Dominationi Vestrae, quae Maiestatis Regiae ea de re voluntas ac sententia sit, putavi, tum vero hoc etiam ostendendum me ita hoc munus suscipere atque obire velle, ut non minus muneri mihi commisso apud Sanctitatem Suam satisfacere, quam veteri officio meo fidem observantiamque iam diu Illustrissimae Dominationi Vestrae debitam praestare cupiam. De eoque qui vel iam cogitem, aut mihi proponam, id si nunc paucis etiam Illustrissimae Dominationi Vestrae indicarem, non alienum fore ab ipsa re et hac, quam ego maxime in colenda Illustrissima Dominatione Vestra sequor, ratione iudicavi, in qua ut magis meum studium meque totum probare Illustrissimae Dominationi Vestrae possim, quo primo quoque tempore potero, hoc diligenter faciam. Atque Deus Omnipotens ut Illustrissimam Dominationem Vestram sua semper benignitate tueatur,^{a)} oro. Pultoviae, die 22 Mensis Maii 1579.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
servitor addictissimus
Petrus Dunin Volschi Episcopus Plocensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Cardinali Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.]

a) *In ms.*: tuetatur.

u)-v) *Manu propria.*

N. 135.

Ex Thermis Aegromontanis, 26.VI.1579.

*Paulus Zajączkowski
Alexandro Farnesio cardinali
pro beneficiis gratias agit.*

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 139.

Illustrissime ac Reverendissime Princeps et Domine, Domine, Patrone Colendissime.

Profectionem meam ab Urbe, quod imbecillae sanitatis conditio retardet, compluresque dies languentem ac de salute recuperanda sollicitum Patavii me teneat, aequum esse iudicavi vel otiosas ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram dare litteras, quae testes essent non solum observantiae meae, qua nomen ac amplitudinem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae colam atque venerer, sed recordationis quoque eius, qua singularem illius Celsitudinis benevolentiam atque clementiam, largiter in me, dum in Urbe manerem, effusam complector. Equidem affirmare non dubitem omni studio me in hoc atque diligentia incubiturum, ut Illustrissima Celsitudo Vestra confirmetur aliorum potius sermonibus, quam meis litteris, me esse foreque gratissimum suorum erga me beneficiorum ac meritorum. Id unum hoc tempore diligenter Illustrissimam Celsitudinem Vestram oro, ne severius audaciam meam estimet,²⁾ quae verita non sit inanibus verbis illius animum, continuis et gravissimis negociis occupatum, appellare. Posteaquam in Poloniam pervenero, mutabo scribendi argumentum ac rebus epistolam (si quae cognitione tanti Principis dignae sese dederint), non verbis explebo.

Quod superest, opto ac desidero Vestram Illustrissimam Celsitudinem salvam et incolumem permanere diutissime^{a)} illique meam ad obsequendum voluntatem animo pleno ac propensissimo defero et commendo.

Ex Thermis Aegromontanis 26 Iunii 1579.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
obsequentissimus et humillimus
servus et capellanus
Paulus Zajączkowski.

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Ex thermis Aegromontanis XXVI Iunii 1579.

a) *Hoc adverbium in marg. adscriptum est.*

z) *Sic in ms.*

Pragae, 31.VIII.1579.

Ioannes Maria Agaccio
Ioanni Baptistae Pico, Alexandri Farnesii secretario;
de diversis rebus, inter alia de bello a rege Poloniae [Stephano Bathoreo]
parato.

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 140.

Molto magnifico Signor... [etc.].^{a)}

Di Polonia s'aspetta nova di quel che faranno questi eserciti così grandi. Il Re di Polonia ha fatto far processioni et orationi delle 40 hore, secondo l'usanza Romana, con molta devotione et ha fatto benedir l'esercito dal Nuntio Apostolico, onde merita che da tutti i catholici si preghi Dio per lui [etc.].^{a)}

Di Vostra Signoria molto Magnifica
 servitor Giovanni Maria Agaccio.

In dorso: Al molto Magnifico Signor mio Osservandissimo il Signor Giovanni Battista Pico, secretario privato di Sua Eminentia Illustrissima.

a) *Sequuntur notitiae ad res Polonicas non pertinentes.*

Varsaviae, 9.III.1579.

Ioannes Andreas Caligarius
Alexandro Farnesio cardinali
[Petrum Wolski] episcopum Plocensem, regis Poloniae [Stephani Bathorei]
coram [Gregorio XIII] papa oratorem, commendat. Alia diversa de
eodem rege et de regina [Anna Jagellonica] refert.

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 141.

Illustrissimo et Reverendissimo Signore et Padrone mio Osservandissimo.

Io non sono mai stato in dubbio dell'amore et protezione di Vostra Signoria Illustrissima verso di me, ma essendone ogni giorno certificato maggiormente per lettere d'amici, mi parrebbe di mancare assai al debito mio, se io non gliene basciassi particolarmente le mani; et la supplico a non si stancare di favorirmi et proteggermi, perché pretendendo io di fare integramente il servitio di cotesta Santa Sede, come pretendo et mi sforzo di fare, non può essere che non resti sottoposto a molte calunnie et persecutioni. Et ancora che io non meriti cosa alcuna con Vostra Signoria Illustrissima, tuttavia ella si trova obligata alla difesa mia, sì per la sua benigna natura et la dignità che tiene, sì per il giuditio che fece di me il Signor Cardinale Santo Angelo, suo fratello, di felice memoria, già quatordecim anni, nel qual tempo era molto manco l'esperienza mia et le fatiche in servitio publico, che non sono hora.

Ho raccomandato per altre mie a Vostra Signoria Illustrissima il

Vescovo di Plozca che verrà novo Ambasciatore a Roma, et glielo raccomando di novo, perché spero serà tale che sodisferà a Nostro Signore et a Vostra Signoria Illustrissima et a tutta la corte, la quale onorerà anco et meglio et più lungamente, che non haveria fatto un laico. Io mi trattengo qui per vederlo partito per Roma; il che credo serà al principio di maggio.

Di poi io andrò in Lituania a trovare la Maestà del Re, che per sua gratia m'invita cortesemente a Vilna. La Maestà Sua hebbe grandissimo honore et aiuti per la guerra de' Moscoviti da' signori Lituani nel convento di Grodna, et per fare le provisioni debite et attendere a riordinare quella provincia che dalla morte di Sigismondo Augusto in quà non è stata visitata da alcun Re, è forza che si trattenga là per molto tempo. Li non contenti di Sua Maestà hanno per male così grande honore che le hanno fatto questi signori Lituani, ma bisogna che la bevano, perché il Re è savio, forte, catolico et magnanimo, quanto si possa desiderare.

La Serenissima Regina stà bene, ma non troppo contenta di dover rimanere tanto tempo lungi dal marito, et spetialmente che avanti la partita Sua Maestà le fece per vinti giorni, che stette qui, carezze grandissime.

Quel di più che occorre, Vostra Signoria Illustrissima lo intenderà meglio da Nostro Signore et dal Signor Cardinale di Como, al quale scrivo del continuo con quella diligentia che si può usare senza ordine di poste che qui non sono. Et a Vostra Signoria Illustrissima bascio humilissimamente le mani. Di Varsovia alli IX di marzo 1579.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
humilissimo et devotissimo servitore
Giovanni Andrea Caligari.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinale Farnese [etc].

N. 138.

Varsaviae, 6.II.1579.

Ioannes Andreas Caligarius

Alexandro Farnesio cardinali;

de missione Romana Pauli Uchański, a rege [Stephano Bathoreo] revocata, et de episcopo Plocensi [Petro Wolski], eius loco misso; alia de rege et de regina [Anna Iagellonica].

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 142.

Illustrissimo et Reverendissimo Signore et Padrone mio Osservandissimo.

E' stata tanta la molestia et il tedio che ha patito la Maestà del Re nella soverchia tardanza del Signor Paulo Uchanschi, destinato suo Ambasciatore a Roma, et tante le admonitioni et proteste per sollicitarlo a venire, et tutte in vano; che per ultimo rimedio dell'honore suo regio, et dignità di cotesta Santa Sede, Sua Maestà si è risoluta di revocarlo

per corriero espresso. Et in suo luogo ha deputato Monsignore il Vescovo di Plozca, Prelato honoratissimo, versato nelle legationi ardue, mezo Italiano, ricco di 30 mila fiorini d'intrata, bene conosciuto et amato da Nostro Signore. Egli subito che sia ritornato il corriero si partirà di qua alla volta di Roma per le poste, per emendare con la celerità et presenza sua tutti gl'errori che infin'ad hoggi sono stati fatti dalla poca prestezza d'altri. Spero che questo Prelato sodisfarà a Vostra Signoria Illustrissima et a tutto il Sacro Collegio mirabilmente, et honorarà non poco cotesta corte, et lungamente. Lo raccomando a Vostra Signoria Illustrissima, non perché sia necessario, ma perché l'amicitia che ho contratta con lui et la dignità publica ricercano questo testimonio da me appresso lei.

Alli III del presente la Maestà del Re parti per Grodna, terra posta ne' confini di Lithuania, per tenere ivi il convento di quella natione, del quale espedito, che sarà fra dui mesi, et forse manco, ritornerà a questa città con pensiero di indire li Comitii Generali di tutto il Regno per la guerra col Moscovito. Et perché è stato qui da 20 giorni in grande consolatione con la Serenissima Regina, con la quale ha dormito, mangiato et comunicato le cose gravi quasi sempre, trattandola con sommo honore et rispetto, Sua Maestà Reginale non ha potuto mancare di non accompagnare questa separatione con molte lacrime, il quale affetto d'amore reciproco è stato notato et havuto caro da tutti i buoni.

Io per ordine del Re fin'al suo ritorno rimango qui et servirò fra tanto alla Serenissima Regina, et mi sforzerò di consolarla con la speranza del presto ritorno di Sua Maestà Regia, la quale nel vero è partita molto sodisfatta, poiché l'ultimo giorno ha fatta questa nova deputatione dell'ambasciata per Roma, con che le pare haver rimesso l'honor suo in sicuro, ché stava in pericolo per la o negligentia o malitia di colui, et ha creato il Palatino di Podolia signore che per religione catholica, per consiglio, per nobiltà et valore è riputato da tutti la miglior testa di questo Regno, Capitano Generale di tutti gl'esserciti suoi, con che ha preclusa la via alle seditioni degl'heretici et tentatori di cose nuove. Et le bascio humilissimamente le mani. Di Varsovia alli 6. di febraro 1579.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
humilissimo et devotissimo servitore
Giovanni Andrea Caligari.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Signor Cardinale Farnese [etc.].

Alia manu: 79. Varsovia. Il Nuntio di Polonia. 6 di febraro.

N. 139.

Mantuae, 30.VI.1580.

Camillus Capilupi
Alexandro Farnesio cardinali;
de litteris reginae [Annae Jagellonicae].

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 143.

Illustrissimo et Reverendissimo Signor mio et Padrone Osservandissimo.

Ho ricevuto la copia della lettera della Serenissima Regina di Polonia che Vostra Signoria Illustrissima s'è degnata mandarmi, et ho inteso ottimamente la volontà di Sua Maestà contro la quale io non mi opporrò mai, sì come non ho fatto fin'hora, et baciando a Vostra Signoria Illustrissima humilmente le mani del favor fattomi, in resto raccomandandomi nella sua felicissima gratia. Di Mantova l'ultimo di giugno MDLXXX.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
humilissimo servitore
Camillo Capilupi.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinale Farnese [etc.].

N. 140.

Cracoviae, 1.IX.1581.

*Simon Ługowski, nominatus episcopus Premisliensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
rogat, ut nominatio sua ad episcopatum Premisliensem, a rege [Stephano
Bathoreo] facta, confirmetur.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 144.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Etsi optime sciam, quantum habeant pondus literae Serenissimi nostri Regis apud Illustrissimam Dominationem Vestram, qui ut singulari sua gratia me Episcopum Przemisliensem designavit, ita literis quoque suis Illustrissimae Dominationi Vestrae commendat. Tamen e re mea etiam existimavi fore, meam quoque petitionem propriis meis literis includere ad Illustrissimam Dominationem Vestram. Est autem illud, quod ego ab Illustrissima Dominatione Vestra impetrare cupio et ut impetrem, maiorem in modum oro, ut videlicet gratia Illustrissimae Dominationis Vestrae, quae summa est, et autoritate, quae est amplissima, haec designatio nominatioque episcopatus Premisliensis, qua me Serenissimus Rex affectit, quamprimum a Sanctitate Sua comprobetur. Etenim magnopere id interest eius ecclesiae, biennio ferme iam suo Episcopo orbatae, et undique vaferrimis et opulentis hereticis circumseptae. Sunt etiam eius episcopatus admodum et exiles et extenuati et perquam imbecilles proventus, ac propterea Serenissimus Rex integrum mihi ius possessionemque Praepositurae Miechoviensis reliquit. Animadvertit enim, pro summa prudentia sua sapientiaque Regia, nisi id mihi esset concessum, me nullo modo posse eius episcopatus dignitatem, cum honore senatorio graduque coniunctam, recte tueri. Hac etiam de causa Reverendissimus Episcopus Przemisliensis superior, cuius in locum designatus sum, minora aliquot sacerdotia eaque minime simplicia, in diversis episcopatibus sita, una cum episcopatu Sedis Apostolicae beneficio retinebat, et complures alii Episcopi adhuc retinent. Redeo ad primum, celeritatem maturita-

temque huius negotii mei in conficiendo ab Illustrissima Dominatione Vestra praecor,^{u)} atque ita praecor, ut gratiam Illustrissimae Dominationis Vestrae omni genere offitiorum^{z)} meorum perinde sim prosecutus quoad vixero, quemadmodum ii prosequi solent, quos homines gratos offitiorumque memores iure optimo solemus appellare. Datum Craccoviae,^{z)} Calendas Septembris 1581.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
addictissimus servitor
Simon Lugowski Nominatus
Episcopus Przemisliensis, Praepositus Miechoviensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Cardinali Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 141.

Varsaviae, 29.XI.1581.

Albertus Bolognetti
Alexandro Farnesio cardinali
litteras transmittit; de bello contra Moscoviam aliqua refert.
Orig., autogr., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 145.

Illustrissimo et Reverendissimo Monsignore, mio Signore et Padrone Colendissimo.

Se ben vedo quanto mi si convenga l'haver riguardo di non molestare Vostra Signoria Illustrissima con lettere superflue, non devo però restare di ridurle alcune volta in memoria l'antica et devotissima servitù mia, favorita da lei in tanti modi. Onde essendomi venuta dal campo l'inclusa lettera per Vostra Signoria Illustrissima, ho voluto valermi di questa occasione per farle, come fo, humilissima riverenza. Delle cose della guerra non habbiamo qui altro per hora, se non che si stava aspettando il successo di questo secondo assalto, ch'il Re si preparava di dare a Plescovia, se ben pareva che Sua Maestà si contentasse differirlo sino che si avesse una risposta, che tuttavia s'aspettava dal Mosco. Ch'è quanto m'occorre dire per hora a Vostra Signoria Illustrissima. Però fo fine con supplicarla a conservarmi vivo in buona gratia sua, et le bascio humilissimamente le mani. Nostro Signore Dio le doni il colmo delle felicità. Di Varsovia alli XXVIII di novembre MDLXXXI.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
humilissimo et divotissimo servitore
Alberto Bolognetti Vescovo di Massa.

In marg. inferiore manu Alberti Bolognetti: Illustrissimo Farnese.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinale Farnese [etc.].

N. 142.

Vilnae, 3.VII.1581.

*Hieronymus Rozdrażewski,
Alexandro Farnesio cardinali;
ad episcopatum Vladislaviensem a rege [Stephano Bathoreo] nominatus,
rogat confirmationem.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 146.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Si pietatis erga hoc Poloniae Regnum argumenta essent obscura, quae^{a)} Vestra Illustrissima Dominatio non tam ipsius Protectionis munere, quam suo ingenio saepissime nostris exhibuit, vereri possem in episcopatus Vladislaviensis onere, quod meis humeris cupit hic Serenissimus Rex meus imponere, Vestram Dominationem Illustrissimam minus id spectaturam, quod ad hoc negocium eius praesidio conficiendum ac, si opus fuerit, muniendum pertinebit. At cum eius benignitatem, quam hominibus nostris exhibere solet, expertus sim, intelligam autem quicquid hac de re fiet, id Dei potius ductu quam alia ratione esse conficiendum, id tantum a Vestra Illustrissima Dominatione contendam, ut si ab eius Sanctitate intellexerit me quidquam, quod Divinae causae promovendae conducat, pro mea imbecillitate efficere posse, tum me in tota re quam primum conficienda iuvare dignetur. Ego vero Vestrae Illustrissimae Dominationis servitor ero gratissimus, quodque mihi dignitatis aut potius oneris ex eo Episcopatu accesserit, enitar, ut id omne etiam ad obsequia mea erga ipsam praestanda non exiguam accessionem faciat. Dominus Deus Dominationem Vestram Illustrissimam suis caelestibus donis augeat ac diutissime servet incolumem. Vilnae, die 3 Mensis Iulii, Anno Domini MDLXXXI.

Vestrae Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis
^{u)} humillis ^{z)}servitor
Hieronimus Comes de Rozdrazew
Nominatus Episcopus Vladislaviensis in Pomerania.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinal Farnesio [etc], Poloniae Regni Protectori [etc.].

a) Pronomen quae praepositio a sequitur, evidenter superflua.

u)-v) Manu propria.

z) Sic in ms.

Squernoviciis, 4.XII.1582.

*Stanislaus Karnkowski, archiepiscopus Gnesnensis,
Alexandro Farnesio cardinali
commendat sacerdotem, quem rex [Stephanus Bathoreus] in coadiutorem
episcopi Posnaniensis [Lucae Kościelecki] vult nominare.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 147.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Quamvis ex Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, tum aliorum literis negotium Coadiutoriae Posnaniensis, quod modo tractatur, Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationi Vestrae non modo cognitum, sed etiam satis commendatum fore non dubitem, officii tamen mei esse putavi literis meis quoque attestari non exiguam rei istius esse necessitatem, cum vix alia ratione Ecclesiae illi, hoc tempore ^{a)} multis difficultatibus laboranti, consuli posse videatur. Proponitur vero in Coadiutorem sacerdos nobilissima et antiquissima familia ortus, singulari pietate, prudentia ac ferventi defendendae catholicae religionis zelo praeditus, nobisque omnibus propter eximias virtutes, quibus se satis conspicuum in praesenti sua vocatione fecit, inprimis charus. Quandoquidem igitur Serenissimus Rex, perspectissimas habens Ecclesiae illius rationes, necnon personae, quae in Coadiutorem asciscitur, conditiones, pro eo, quod illi tanquam unico dignitatum Regni collatori ecclesiarumque patrono competit, iure in ipsum non gravatim consentit, modo Sanctissimi Domini Nostri ea in re exploratam habeat voluntatem. Ab Illustrissima et Reverendissima Dominatione Vestra peto, ut hoc negotium pro autoritate et patrocinio suo gratiose promovere certoque sibi persuadere velit beneficium istud non tam personae, quae commendatur (cum illi propter nobilitatem, pietatem coeterasque virtutes, tum summorum in Republica virorum coniunctionem necnon Serenissimi Regis propensionem nunquam sint defuturæ honorum augendorum occasiones), profuturum, quam in ipsius ecclesiae Posnaniensis utilitatem ordinisque nostri atque adeo Senatorii splendorem brevi, cum maximo fructu et Sanctae Sedis Apostolicae satisfactione, redundaturum. Ego etenim nihil magis in votis habeo et in hoc unum totis animi mei viribus contendo, ut omnes et singulas Provinciae meae Ecclesias in sua integritate florere ac iuxta praescripta sacrorum canonum et Sancti Concilii administrari conspiciam. Quod quo difficilius esse apparet in tanta religionum confusione et haeticorum potentia atque abundantia, eo diligentius nobis incumbendum est, ut viros nobilissimos quosque, quorum autoritate cum pietate coniuncta necnon clientelarum praesidio retundi conatus adversariorum possint, in ordinem nostrum pertrahamus atque iisdem mediis, quibus illi nos oppugnant, pellectis in suos errores primariam familiarum viris, religionem catholicam atque adeo ecclesias nostras vindicemus. Quod superest, meaeque obsequia addictissima Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationi Vestrae com-

mendo. Quam Dominus Deus nobis et Ecclesiae suae quam diutissime conservet feliciter incolumem. Datum Squernoviciis 4. Decembris 1582.

u) Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae
addictissimus servitor
Stanislaus Carncovius
Archiepiscopus Gnesnensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Fernesio [etc.], Regni Poloniae Protectori [etc.].

a) *In ms.:* temporis.

u)-v) *Manu propria.*

N. 144.

Squernoviciis, 14.XII.1582.

*Stanislaus Karnkowski
Alexandro Farnesio cardinali;
de Livonia, opera regis [Stephani Bathorei] Ecclesiae catholicae restituta,
et de Alexandri Mieleński ad episcopatum [Livoniensem] nominatione,
cuius confirmatio petitur.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 148.

Illustrissime Domine.

Rediit rursus, veluti postliminio quodam, ad gremium Sanctae Romanae Ecclesiae Livonia, a quo primo quidem per luxum et haereses, postea vero per impotentem saevissimi hostis dominatum longissime recesserat. Ut primum enim Serenissimus Rex noster illam ex faucibus Moschorum tyranni extorsit, nihil potius habuit, quam ut extirpata illic orthodoxa religio denuo plantaretur. Praemisit itaque illius Maiestas, cum multo Ecclesiastico ornatu, plurimos sacerdotes, qui populos illos doctrina salutari imbuerent, nuncque demum Episcopum nominavit Reverendissimum Dominum Alexandrum Mileński,²⁾ Abbatem Tremesnae in dioecesi mea, virum ad generis nobilitatem doctrina et pietate conspicuum, ad perferendosque novae plantationis illius labores valde idoneum et animatum. Ad confirmationem igitur obtinendam a Sanctissimo Domino Nostro, cum ipse sim testis locupletissimus neminem illi plus quam Illustrissimam Dominationem Vestram, pro egregiae suae voluntatis erga me et patriam propensione, gratia et autoritate, qua pollet, profuturam, peto maiorem in modum ab Illustrissima Dominatione Vestra, ut hoc illius negotium in curam patrociniumque suum suscipere velit. Quod et propter Dei gloriam illorumque populorum salutem Illustrissimam Dominationem Vestram praestitutam non dubito, tum vero singulari suae erga me benevolentiae plurimum daturam confido, ut vir hic intelligat multum sibi apud Illustrissimam Dominationem Vestram commendationem meam pro-

fuisse. Illustrissimam Dominationem Vestram diu feliciter valere opto.
Datum Squernoviciis, 14 Decembris 1582.

u) Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae
deditissimus servitor
Stanislaus Carncovius
Archiepiscopus Gnesnensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 145.

*Varsaviae, 19.VII.1587,
(cum nota de 31.VII.1587.)*

*Fabius Indelli
Caesari Indelli;*

*relatio completa de instante electione regis, de candidatis eorumque fau-
toribus, de lite inter partem « Cancellarii » [Ioannis Zamoycki] et
gentem Zborowski, de archiepiscopo Neapolitano [nuntio Hannibale
de Capua] eiusque opera in favorem archiducis Ernesti. In nota
posterius addita (31.VII.1587.) de crescente partium hostilitate.*

Exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 149.

Copia d'una lettera di Polonia di Varsavia l'ultimo di luglio scritta dal Signor Fabio Indelli al Signor Cesare Indelli, suo fratello, che qui in Roma è Agente dell'Arcivescovo di Napoli.

Credo che Vostra Signoria restarà maravigliato ch'io non ho scritto tanti giorni sono, et la causa è legetima, che l'haverà hanco scritto Monsignor Illustrissimo che m'ha mandato dalli Signori Sbaroschi, signori principali di questo Regno et capi di factione, per presentar breve di Nostro Signore et far offitio in nome di Nostro Signore. Dopo la mia tornata non ho possuto scriver, sì che Monsignor Illustrissimo à scritto alle volte secretamente, sì hanco che sempre si sta involta. Ma hora avante che l'ellettione del nuovo Re si va astringendo, li dirò alcune cose che occorrono, le nuove ordinarie che sogliano succeder il Secretario n'ha cura di mandarle a Vostra Signoria, che così è ordine di Monsignor Illustrissimo, et però non accade afattigarmi in questo et per informarlo del negotio, acciò Vostra Signoria possa intendere il mio giuditio, mi è di necessario dirle le fattioni come corrano. Saprà Vostra Signoria che in questo Regno ci è la famiglia di Signori Sbaroschi, con gran numero, che furno causa nella altra ellettione far crear Re Stefano, et poi in evento di tempo fu ingrattissimo con questi Signori, chè, vacando il gran cancellerato, l' diede ad un nobile privato, et perché questo nobile fu causa metterli in disgratia, uno delli Sbaroschi, per disperatione, si riduceva di voler armar in campagna, et così il Re l' sbandì, et detto Cancel-

liero tenne le spie, et l'ebbe alle mani in loco che non si posseva difender, et l'carcerò, et in breve diede ordine che se li tagliasse la testa, come fu essequito, non ostante che il Re havesse ordinato che non l'facesse senz'altr'ordine. Il Re cognossendo di valor detto Cancelliero, come veramente è, se ne serviva per Capitano a guerra, et li diede una sua nepote per moglie, et li diede tanta hauthorità²⁾ che oggi cento cinquanta milia scudi d'intrata, et in Cassa non si sa il numero, intanto che è potentissimo e di gran valore, ma lui è solo, dico pochissimi parenti, et ha hanco amici potenti per l'officii che ha dato in vita del Re. Li Sbarrovii, per causa della morte di lor fratello, morto Re, sempre hanno cercato di vindicarsi, et il Cancelliero ha tenuto appresso di esso un essercito di quatro milia cavalli, et come ho detto, detti Signori Sbarovii sono molti et nobilissimi, ma per l'odio in tanti anni che l'ha portato Re Stefano sono stati sempre con essercito chiascuno di loro, ché per tal causa si sono consumati, ma non tanto che uniti non possano tener essercito grandissimo, ché un solo ha menato tre milia cavalli et mille pedoni, et l'essercito di detti Signori sono al numero di dieci milia, et così ancho del Cancelliero, et stanno acampato doi miglia lontano da l'altro, con artegliaree che fanno spaventar tutti, et tra l'altri ci è il Palatino di Posnania, parente delli Sbaroschi, che ha menato su alli carri³⁾ dodici pezzi che tirano sei miglia di tiro et con sesanta altri minori, che quando ci andai hieri mi pareva star dentro del inferno. Tre settimane sono che non l'possano far giustar, in ultimo si erano risoluti di combatter, et li altri Signori si sono posti per il mezzo, et così non è successo cosa nulla con la gran delusione,^{b)} ma si fa dubbio grandissimo che, si tra oggi e domani non si fa la confederatione, che lunedì combatterano, et la causa che non si ponno accordare è questa, che havendo Re Stefano dato l'offitio di Gran Cancelliero et di Capitano a guerra, habbia preterito le loro legge che vogliono che una persona si possa tener senon un offitio, et nella convocatione passata li Sbaroschi in assenza del Cancelliero ottennero decreto che il Cancelliero non potesse essercitar l'offitio di Capitano a guerra, et molte altre cose in lor favore, et hora il Cancelliero pretende detta convocatione esser fatta nulla, a causa che non ci furono tutti li senatori, ne anche la maggior parte, per far annullar detto decreto, il che non annullandosi perderia il Cancelliero gran potentia, et sopra di questo hanno buttato et buttano che sono stati tre settimane senza concluder cosa veruna, et però li Signori Littuani si sono protestati et non sono intrati mai in Senato, come haverà inteso dalli avisi, ma solo in una conventione privata, et perchè il Signor Cardinale Regivilla doveva intervenir come a Senator Vescovo; l'altri Arcivescovi et Vescovi primi cercavano con farlo seder nel primo loco ché così hanno osservato sempre, non ostante che sia Cardinal Monsignor Illustrissimo nostro ha fatto tanto ch'ottenne di farlo seder in mezzo alli doi Arcivescovi: Gnesna et Leopoli, che è il primo loco, che tutti sono stati ammirati, et il Cardinal satisfattissimo; et domane viene a mangnar in Casa sua Signoria Illustrissima con li doi signori fratelli: uno Duca el l'altro gran Mariscialto²⁾ del Regno, con li Signori Ambasciatori del Imperator, Re di Spagna et delli Signori Arciduci, che saranno dieci a tavola et sarà pasto stuppendo.

Li pretendenti sono quatro fratelli del Imperator: Hernesta, Massimiliano, Ferdinando et Mattia. Li più innanzi sono Hernesta et Massimiliano, et acciò il luogo riesca pretendano, et a chi più inclinarono li altri cederanno. Poi è il principe di Suetia, nepote della Regina Vedua; il

principe è catholico et il Re padre è heretico, et per il favor di detta Regina potria succedere, ma insino a hora si ne fa mal giuditio, non ostante l'aiuto di detta Regina. Ha mandato ancho il Principe di Transilvania, nepote di Re, doi Ambasciatori, et il Duca di Moscovio²⁾ sismatico. Questi sono li pretendenti, et hora dirò come vanno le factione.

Li Sbarovii desiderano l'Arceduca Massimiliano, a causa che dalla Maestà del'Imperator sono stati sempre favoriti, per rispetto di Massimiliano che sempr'ha tenuto la mira in evento di tempo esser favorito da questi Signori per il Reamo, anzi, trovandosi il Signor Christofano Sbaroschi bandito dal Re Stefano, detto Massimiliano l'ha trattenuto nel suo stato gran tempo, con grandissimo honor, et favorito dal Imperator, et ritrovandosi certi giorni detto Christofano in Vienna nel governo del'Arciduca Herneste, fe uno delicto gravissimo, et detto Hernesta, Signor giustissimo, lo sbandì dal stato, et Massimiliano non solo lo fe agratiar dal'Imperator, ma ancho li fe donar certe terre per potersi mantenere honoratamente, intanto che confidando molto a quel signore, cercano con ogni aiuto nominarlo et farlo reussir, per disegno ancho dominar, et non potendo far reussir Massimiliano, si contenterano del Hernesta; ma perché Monsignor Illustrissimo et l'Imbasiator di Re, et ancho l'Imbasiator del'Imperator fanno la forza prima per Hernesta, et molti Senatori concorrano con Hernesta per esser signori di gran valor et saper, obligati all'Imperator et a suo padre, come ancho per gratificar a Re di Spagna, che fa, per quanto ho inteso da uno intrinco del Imbasiator, grandissima offerta alli signori Polachi che favoriscano Hernesta, che lui permetta arivarli nelle guerre, et darli dinari doi o tre milioni, et quanto serà necessario, et permette trattarli nelli suoi regni di cittadini et nobili affezionati et di honorarli di comende et altre dignità che molto importa. Monsignor nostro dall'altra parte la premissione²⁾ del Papa, che lei sa, et ha tutto il clero et Vescovi nelli suoi mani, et molti Senatori che molto importa, et riescie tanto honorato et gagliardo nelli negotii ch'è cosa da stuppir, che tutti li Ambasciatori restano confusi di tal valor, che l'amano et riveriscono, anzi l'Imperatore facendo consiglio sopra come s'havea a guidar il negotio, innanzi che si partissero li ambasciatori, conclusero che quanto Monsignor haveva scritto si mettesse in esecuzione, et il tanto, hebbero per instruttione, con ordine particolare, che non trattassero cosa nulla senza consulta et ordine di Monsignor Illustrissimo, come veramente osservano, et si fatica et di notte et giorno. Monsignor Illustrissimo con mera opera sua cerca ridurci il Cancellier per Hernesta, et certo certo che reussirà, poiché Hernesta, come ho detto, non è tanto desiderato dalli Sbaroschi, ma Massimiliano, et così inclinando il Cancelliero il negotio reussirà, a conteso²⁾ et senza discrepanza, non reussendo ch'il Cancelliero non volesse concorrere al sicuro, et, è senza dubbio, haveriamo di Re, e si va dubitando, o del Cardinal Battorio o Suetia, et Hernesta, et così chi serà più potente et vicino serà Re; e però l'Imperatore tien'in ordine un grossissimo essercito, essendo ancho aiutato dalli elettori^{c)} del'imperio, il che non facessero in tempo l'imperator Massimiliano con Re Stefano, et ancho detti electori hanno mandato imbasciatori in favor di detti Signori con offerte grandissime.

Hieri Monsignor Illustrissimo fu in Campo et nel Campo del Cancelliero, dove sono sette milia cavalli armati et altri suoi amici con un altro essercito, et Monsignor Illustrissimo trattò con lui tre hore, et questo lo fe per dimostrar di render la visita, intanto che le cose vano alle strette, et oggi con la medesima dimostrazione di render visita è

stato dal Imbasiator del Imperator, dove havemo trovato tutti li Ambasiatori, di Austria et quello ancho di Spagna uniti, et sono stati serrati tre hore buone; il Duca di Moscovia è stato molto innanzi, et tanto veneva dalli nobili poveri, et per tante ragioni sperano che non se ne parlerà; il duca favorissie li Battorii, il Moscovito in evento che non possesse ^{d)} favorissie l'Imperator, intanto ch'è una confederatione grande, ma per le ragioni dette o serà elletto Austria, over doi, che l'altro sarà dove dipenderà il Cancelliero, chè lui è destissimo, non volendo consentir con Austria, si fortificarà dove vedrà maggior concorso, benché lui ha incominciato prima di veder di far piegar il populo uno del istesso Regno, con dir: facciamo un patrioto, con far reussir un suo amico, il che non li succederà mai per la invidia ch'è tra loro.

Ma io spero che Monsignor Illustrissimo farà tanto con detto Cancelliero che forsi si quietarà con Hernesta, altramente tenga pur fermissimo Vostra Signoria che saranno doi elletti, et beato il primo; et questi Signori d'Austria sono li più vicini et sono spaventati, che il medesimo li successe col Re Stefano, nel resto non so ch'altro dire, non si dubita di altro che di guerra, già ch'il Turco la minaccia; facendono ²⁾ Re della Casa d'Austria, overo tra li doi che seranno elletti, lui si affatica con grandissimo pericolo, et quando intrava l'Imbasiator di Spagna, un Polacho imbriacco si voltò con grandissima rabbia di tirar un'archibusiata al detto Imbasiator, et volse Idio ch'il vino non li diede modo di tirar; il Senato ne ha fatto et fa gran strepito per trovarlo et farne essemplar giustizia. La Lituania, dico il Cardinal Regivilla con li suoi, fanno per l'Imbasiator, et così la presse ²⁾ alla scoperta, et in sino ad oggi si giudica che sono stati amazzati da cinque cento. Questo è quanto posso dir a Vostra Signoria con che li basio le mani. Di Varsovia, li XVIII luglio 1587.

Non ritrovandomi a tempo che Monsignor Illustrissimo ha scritto, non ho possuto mandar questa lettera, et però sopra agiungerò quanto è passato questi giorni insino ad hieri che fossino alli XXVII di luglio; non si è trattato altro che concordar questi doi partiti, et non è stato possibile, et hieri ussirno tutti doi con li esserciti per far conclusione di combattere, et chiarcheduno con grossissimo essercito a cavallo et a piedi di artigliaria su li carri, poi che li Signori Sbaroschi con molti altri nobili cercavano il roccos, il che vol dire che antiquamente in questo Regno è solito farsi in simile dissentione con grandissima ruina: si chiamano li partiti et tutti li nobili a combatter, et poi chi vince quella partita fa il Re, al che non la maggior parte volse concorrer, et però non si fe deliberatione, et vedendono ²⁾ li Sbaroschi che il Cancelliero era ussito in campagna, si risolsero di combatter, et li altri senatori, se si interposero per il mezzo et non si fe altro, solo che quello povero Alberto che cognosseva Vostra Signoria innanzi la nostra partenza, fu amazzato da un archibusiata che stava in Senato apresso il Vescovo di Cuiavia, suo Padrone, et dicano ²⁾ che fu un soldato delli Signori Sbarovii per causa del suo padrone che fu tirato per amazzar lui, et quello poverino ci andò per il mezzo et morse di subito, et questa notte è stato posto fuoco al Senato che si è abrusiato la mettà, e tutti vanno timor, dirò a Vostra Signoria il mio parer ultimamente et tengo di certo che non potrà reussir altramente, se il Cancelliero concorrerà in Hernesta, haveremo un Re elletto che serà il detto Hernesta, altrimente li Sbarovii per una parte elleggeranno con suoi amici et parenti Massimiliano, et

il Cancelliero con li altri elleggeranno dal istesso Regno, o Suetia, o il Cardinal Battorio, dove meglio potrà veder di maggior reussita, et così succederà et non altrimenti, non ostante che il Duca di Moscovia faccia ogni sforzo per esso, essendo sismatico non ci credo che li Polachi Catholichi sariano pazzi. Altro non ho che dir in questa matteria. Io con gratia del Signore sto benissimo et da hora avanti potrà intender quanto succederà, poi che l'ho detto ogni cosa particolarmente, et non haveremo il Re per molti giorni, stante le disunioni; con che li basio le mani, di Versavia,^{z)} l'ultimo di luglio 1587.

a) *In ms. carci.*
b) *Lectio incerta.*
c) *In ms. lettori.*

d) *Sequitur verbum, quod ob lacerationem chartae non legitur.*
z) *Sic in ms.*

N. 146.

Cracoviae, 28.I.1583.

*Albertus [Bolognetti], nuntius in Polonia,
Alexandro Farnesio cardinali
nominatos [a rege Stephano Bathoreo] ad sedes Leopoliensem [Ioannem
Solikowski, mortuo archiepiscopo Ioanne Sienieński] et Vendensem
[Alexandrum Mieleński] commendat.*

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 150.

Illustrissimo et Reverendissimo Monsignore, mio Signor Padrone Colendissimo.

Non havevo da dubitare che Vostra Signoria Illustrissima per se stessa non fosse per abbracciare con la sua solita humanità i negotii di questi due Signori Nominati: Leopoliense et Vendense, con favorir la presta spedizione di queste chiese che già tanto tempo mancano di pastore, nondimeno sendovi cerco d'accompagnar con una mia il gentil'homo che viene mandato per questo, non ho potuto mancare di farlo per più rispetti et in spetie per i molti segni di vera osservanza et divotione verso cotesta Santa Sede danno di continuo amendui questi signori nominati. Onde con tanto maggior affetto raccomandando l'uno e l'altro in buona gratia di Vostra Signoria Illustrissima. Alla quale per fine bacio humilissimamente le mani, con pregarle da Nostro Signore Dio felicissimo compimento d'ogni suo desiderio. Di Cracovia alli 28 di genaro 1583.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
humilissimo et divotissimo servitore
Alberto Vescovo di Massa.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinale Farnese [etc.].

*Ioannes [Borukowski]
Gregorio XIII papae;
bullis de provisione ecclesiae Premisliensis acceptis ac iuramento facto
se sedem episcopalem accepisse refert.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 151.

Beatissime ac Sanctissime Pater.

Post beatorum pedum oscula. Significo Sanctitati Vestrae, quod anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tercio, die vero Dominico vigesima secunda mensis Maii, Pontificatus Sanctitatis Vestrae anno duodecimo, cum ego Ioannes, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Praemisliensis, bullas Sanctitatis Vestrae super provisione ecclesiae Praemisliensis de mea persona facta, nec non alias super munere consecrationis accipiendo sub dati ¹⁾ Romae Nono Kalendas Aprilis anno XI, ea qua decuit reverentia et devotione recepissem, ut omnia iuxta earundem continenciam et formam exequerer coram Reverendissimo in Christo Patre Domino Alberto Bologneto, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Masanensi ac Sanctitatis Vestrae dictae Sanctae Sedis apud Serenissimum Principem Stephanum, Poloniae Regem, cum potestate legati de latere nuncio, in ecclesia Sancti Francisci conventualium Cracoviensium existente, ad altare maius ad missarum solemnia celebranda pontificalibus vestibus induto, me presentavi eique literas seu bullas pro dicto munere consecrationis obtinendo a Sanctitate Vestra mihi concessas obtuli, debita cum instancia requirens, quatenus accitis et in hoc sibi assistentibus Reverendissimis Dominis Martino Episcopo Camenecensi et Iacobo Episcopo Laodicensi, ibidem presentibus, mihi munus praedictum impendere dignaretur. Idem Reverendissimus Dominus Episcopus et Nuncius, hisce auditis et intellectis iisdemque literis seu bullis per Notarium publicum lectis, obtulit se paratum omnia in eis contenta reverenter exequi. Ob idque inprimis et ante omnia solitum fidelitatis debitae iuramentum, tactis sacrosanctis scripturis, in manibus praedicti Reverendissimi Domini Episcopi et Nuntii Apostolici Sanctitatis Vestrae et Sanctae Ecclesiae nomine recipientis iuxta formam in praefatis bullis annotatam praestiti, sub hac forma videlicet:

Ego Ioannes, electus Praemisliensis, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero Beato Petro Sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae ac Domino nostro, Domino Gregorio Papae XIII suisque successoribus canonice intransibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur seu iniurie ²⁾ alicui ³⁾ inferantur, quovis quesito colore. Consilium vero, quod mihi credituri sunt per se aut nuntios seu literas, ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia Sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum Apostolicae Sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura, honores, privilegia et auctoritatem Romanae Ecclesiae, Domini nostri Papae et successorum praedictorum conservare, defendere, augere et promovere curabo. Nec

ero in consilio, facto vel tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum vel eandem Ecclesiam Romanam aliqua sinistra vel preiudicialia personae, honoris, iuris, status et potestatis eorum machinentur; et si talia a quibuscunque procurari novero, vel tractari, impediam hoc pro posse et, quanto citius potero, commode significabo eidem Domino nostro vel alteri, per quem ad eius noticiam poterit pervenire. Regulas, Sanctorum Patrum decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones et mandata Apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Haereticos, schismaticos et rebelles Domino nostro et successoribus praefatis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum, veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepeditione. Apostolorum limina Romana Curia existente citra singulis annis, ultra vero montes singulis bienniis per me ipsum visitabo. Et si post primam visitacionem personaliter factam aliquo legitimo impedimento praepeditus personaliter venire non potero, per aliquem fidum Nuntium de gremio meae ecclesiae aut alium in dignitate constitutum seu alias personatum habentem et de statu ecclesiae bene instructum, qui vice mea apostolico conspectui se praesentare et de legitimo impedimento huiusmodi saltem per iuramentum legitimam fidem facere teneatur, id adimplebo. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infendabo ¹⁾ vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu capituli ecclesiae meae, inconsulto Romano Pontifice. Et si ad aliquam alienationem devenero, poenas in quadam super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrere volo. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia. In cuius rei fidem et testimonium praesentes manu propria subscripsi, sigillo meo munivi et eas procuravi quantocius ad Sanctitatem Vestram destinare, cui me et mea perpetua obsequia humillime commendo. Cracoviae, die, anno quo supra.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

^{u)} Humillimus servus et devotissimus
Ioannes Episcopus Premisliensis.^{v)}

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 148.

Lovicii, 18.III.1583.

Stanislaus Karnkowski

Alexandro Farnesio cardinali

*Patres Ordinis Praedicatorum quibus negotium canonisationis Beati
Hyacinthi committitur, commendat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 152.

Illustrissime ac Reverendissime Domine.

Proficiscentibus hinc ad Urbem hisce familiae Divi Dominici Patribus, non potui pro officio meo praetermittere, quin eorum negotium, cuius causa sunt isthuc ablegati, Illustrissimae Dominationi Vestrae commen-

darem, quam egregie inprimis erga nostram Poloniam animatam esse plurimis et maximis illius erga nos officiis iampridem ipse sum expertus. Datum est autem Patribus istis hoc negocium, ut Beati Hyacinti canonisationem a Sanctissimo Domino Nostro flagitent, cuius corpus in eorum ecclesia Cracoviae sepultum multis insignibusque claret miraculis, eaque de causa quotidiana et religiosa populorum veneratione frequentatur. Etsi vero omnibus iis, quae ad actionem hanc necessaria sunt, Patres isti satis se instructos arbitrantur, nequaquam tamen aliquid se perfecturos intelligunt, nisi gratia patrocinioque Illustrissimae Dominationis Vestrae apud Suam Sanctitatem fuerint adiuti. Peto igitur maiorem in modum ab Illustrissima Dominatione Vestra, ut hoc negocium ita sibi curae esse ita promovere velit, quemadmodum illa omnia consuevit, quae ad cultus gloriaeque divinae amplificationem referuntur; quibus solis in rebus cum Illustrissimam Dominationem Vestram omnes suas curas et cogitationes fixisse existimem, pluribus illam non detinebo, ne videar de illius pietate insigni religioneque dubitare. Hoc unum peto, ut quod sua sponte ea in re factura est Illustrissima Dominatio Vestra, idem ut mea causa magis etiam velit. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram diu florentem atque incolumem conservet. Datum Lovicii 18 Martii 1583.

u) Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae
deditissimus servitor
Stanislaus Carncovius archiepiscopus Gneznsensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Domino Alexandro Farnesio [etc.].

Alia manu: 83. Lovicii. Archiepiscopus Gnesnsensis. 18. Martii.

u)-v) *Manu propria.*

N. 149.

Viennae, 2.I.1583.

*Fridericus de Ossa
duci Parmae [Alexandro Farnesio];
ad servitia militaria ducis seipsum proponit.*

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 153.

Serenissimo Señor.

Haviendo servido yo todo lo mas de mi vida a la Serenissima cassa de Austria, y particularmente en las ocasiones que se an ofrecido en mi tiempo, a la Magestad Catholica, y siendo yo tan aficionado a su Real servicio, huve de obedecer a lo que el consexo de Bohemia me encomendò por mandado del Emperador de conducir los Bohemios, que el año passado se levantaron en a quel Rey, no para ese felicissimo exercito, en lo qual travaxe todo quanto fue en mi, como el Commissario Gonzale de Rodondo lo ynformò a Vuestra Alteza, si bien por otra parte dixeron lo contrario; lo qual fue causa que por mandado de Vuestra Alteza me volviese a Alemaña, sin ser ocupado en ninguna cosa del servitio de Su Magestad, que fue mi principal fin porque yo yba a

conduzir ²⁾ a quella gente y por ovedecer ²⁾ a un mismo tiempo di luego la buelta a esta Corte. Agora viendo las ocasiones que en esos estados se van ofreciendo, supplico a Vuestra Alteza con mucha voluntad: me mande dar licentia para que yo puede yr a ese exercito, a servir a Vuestra Alteza y a la Su Magestad, empleandome en lo que mas fuere su servitio, que es en donde quiero acavar la vida y mi hazienda a ley de Cavallero y soldado muy aficionado a Su Magestad Cattolica. Y siendo Vuestra Alteza servido que yo levante en el Reyno de Bohemia y sus provincias, que son Moravia, Silesia y Lusatia, hasta 600 o mil cavallos herrervelos con cuchabustos largas y con sueldo de diez tallares al mes, yo los levantare de la mas luzida gente que ay en aquellas partes, y de los mismos que han servido al Rey de Polonia en esta ultima guerra que ha tenido con el Moscovita, y sara gente muy exercidada y bien disciplinada. Y tambien me obligo de levantar un regimiento de infanteria, en las mismas provincias, de gentileshombres, y de los mas principales della, sin que sea menester dalles hasta la plaça de la muestra, mas de un talero por hombre, y pareciendo a Vuestra Alteza a proposito algo desto, lo potra mandar tratar con el Illustrissimo Señor Conde Pedro Ernesto de Mansfeldt con quien yo lo he communicado mas menudamente, y avisar al Señor Embaxador Don Guillen de San Clemente para que aca haga en nombre de Vuestra Alteza lo que mas fuere en servitio di Su Magestad. Guarde nuestro Señor la Serenissima persona di Vuestra Alteza con acrecentimento de mayor estado como sus servidores desseamos. Dado Vienna a 2 de Enero 1583.

Serenissimo Señor.

Besa las manos a Vuestra Alteza Serenissima
su mayor servidor
Friderigo de Ossa.

In dorso: Al Serenissimo Señor, Principe de Parma y Plasencia, mi Señor Governador y Capitan General por su Magestad Cattolica en los Payses Baxos.

Alia manu: De Viena a 2 de Henero 1583. Federico Dorsa.²⁾ A su Magestad.

²⁾ Sic in ms.

N. 150.

Romae, 5.VII.1584.

*Andreas Bathoreus cardinalis
Alexandro Farnesio cardinali;
de promotione ad cardinalatum, quam etiam regi Poloniae [Stephano
Bathoreo] debere asserit, papae [Gregorio XIII] et cardinali Farnesio
gratias agit.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 154.

Illustrissime et Reverendissime Domine mi Observandissime.

Etsi pro ea, qua est Illustrissima Dominatio Vestra erga Serenissimum Poloniae Regem, Dominum et patruum meum clementissimum,

propensione, certo mihi persuadebam ex hac mea ad cardinalitiam dignitatem promotione maximam voluptatem percepturam Dominationem Vestram Illustrissimam, tamen vel hoc argumento id magis etiam perspexi, quod antequam certior a me fieri potuerit de hac nova honoris accessione et per literas et per Dominum Abbatem Tiburtium, cum tanta sui erga me amoris testificatione novum hunc dignitatis gradum mihi gratulari voluerit. Quo nomine quo magis me devinctum sentio Illustrissimae Dominationi Vestrae, hoc maiores illi gratias ago. Simul omnem observantiam et promptam inserviendi voluntatem Illustrissimae Dominationi Vestrae ita defero, ut magis et ex animo non possim. Quo pluris autem facio hoc sapientissimi Pontificis iudicium, hoc magis contendam et elaborabo, ut opinioni Sanctitatis Illius ac Illustrissimae Dominationis Vestrae de me conceptae respondere possim, nihilque eorum praetermittam, quae ad propagandam sacrosanctam religionem catholicam et Sanctae Sedis huius dignitatem tuendam promovendamque pertinere iudicavero. Quod ut facilius consequi possim, et Dei gratiam implorabo et, auctoritate Serenissimi Regis et Domini mei adiutus, planum Orbi faciam universo id ornamenti genus Sanctissimum Dominum Nostrum in hominem gratum et memorem contulisse. Commendo me gratiae Illustrissimae Dominationis Vestrae eiusque manus humiliter exosculor. Datum Romae, V Iulii, anno 1584.

u) Illustrissimae et Reverendissimae
Dominationis Vestrae
Servus humillimus
Andreas Cardinalis Bathoreus.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 151.

Mechoviae, 17.XII.1584.

*Andreas Bathoreus cardinalis
Alexandro Farnesio cardinali
pro litteris acceptis gratias agit.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 155.

Illustrissime ac Reverendissime Domine Observandissime.

Accepi nuper litteras Illustrissimae Dominationis Vestrae, quibus binis meis ex itinere datis humanissime respondet. Ago gratias Illustrissimae Dominationi Vestrae, quod in promovendis commodis et dignitate Reverendissimi Episcopi Britonoriensis commendationis meae non vulgarem rationem habendam duxerit. Et quo maiore illum gratiae suae significatione complexa deinceps etiam fuerit, hoc amplio rem me debitorem Dominationis Vestrae Illustrissimae libenter profitebor. Absentis Illustrissimae Dominationis Vestrae memoriam ita conservo et quoad vivam semper conservabo, quemadmodum erga me praeclara merita Illustris-

simae Dominationis Vestrae et erga Serenissimum Regem, patrum meum, studium requirere videtur.

Serenissimum Regem hactenus non vidi. Noluit enim, ut in Lithuaniam iter susciperem, sed me tamdiu hic manere voluit, dum ipse in Poloniam propter Comitata Regni celebranda veniret, quae ad XV Ianuarii diem indicta sunt. Expecto diem illum maximo cum desiderio, quo mihi coram Maiestati Eius referre liceat, quibus officiis me in Urbe commorantem Dominatio Vestra Illustrissima prosecuta fuerit; quod etsi minime novum futurum est apud Maiestatem Eius, cum et ex litteris nostris et sermonibus multorum idipsum iam intellexerit, minime tamen satisfactum perpetuae meae erga Illustrissimam Dominationem Vestram observantiae putabo, quandiu concessa facultas mihi non fuerit, ut eadem illa Maiestati Regiae verbis explicem, quae ego re ipsa apud Illustrissimam Dominationem Vestram sum expertus. Quod reliquum est, me solitae gratiae et benevolentiae Illustrissimae Dominationis Vestrae diligenter commendo illamque diutissime feliciter valere cupio. Datum Mechoviae, die XVII Decembris, anno Domini MDLXXXIII.

Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
humillimus servitor Andreas Cardinalis Bathoreus.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 152.

Romae, 4.VII.1584.

Vincentius Butio

Alexandro Farnesio cardinali;

refert de promotione ad cardinalatum principis Poloni [Andreae Bathorei], quam [Gregorius XIII] papa fecit.

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 156.

Illustrissimo et Reverendissimo Signor et Padron mio Colendissimo.

Questa mattina è stato concistoro nel quale Nostro Signore ha creato Cardinale il Principe Polacco, residente in questa corte. Sendo io tanto Servitore a Vostra Signoria Illustrissima et obligato per debito mio, ho voluto dargliene avviso con la presente per corriero a posta, et per farle anche sapere che questa sera si farà la speditione per Polonia per darne conto a quel Re et suoi parenti. Il che ho voluto far sapere a Vostra Signoria Illustrissima, acciò che, volendo scrivere, potrà dar lo spaccio al presente medesimo corriero con comandarli che se ne venga in diligenza, come gl'ho commesso io, perché andarò trattenendo la speditione fin'al suo ritorno, et intanto raccomandandole in sua buona gratia sempre humilissimamente le bacio le mani. Di Roma li 4 di luglio 1584.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
humilissimo et devotissimo servitore
Vincencio Butio.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinal Farnese. Caprarola.

Pragae, 5.VI.[1584]

*Ignotus [Hannibal de Capua (?)]
Alexandro Farnesio cardinali;
de executione capitali Samuelis Zborowski ex ordine cancellarii [Ioannis
Zamoyski]. (Additur "avviso" Venetiis de 23.VI, de variis incertis
rumoribus ex Polonia).*

Exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 157.

Di Praga, a' 5 di giugno.

Di Polonia s'intende come subito dopo carcerato, il Signor Samuel Sboroschi fu decapitato di notte, et per esser questo signore uno de principali del Regno, né potendosi porre le mani adosso a' nobili che con decreto universale del Regno medesimo, si temeva di qualche rumore, et tanto più che alcuni Palatini si sentivano di già in armi. Fra tanto il Re faceva stampare le cause che l'havevano mosso a ciò, et il Grancancelliere s'haveva fatta fare l'essecutione, temendo della vita, s'era ritirato nella rocca di Cracovia con buona guardia.

Di Venetia a' 23 detto.

S'intende di Polonia, oltre lo scritto, che nel convento di Lituania, tenuto ultimamente in Vilna, il Re haveva indotto il Vescovo di Chiovia, heretico manifesto, a lasciar quel vescovato, tenuto da lui 30 anni, dandoli in ricompensa il castellanato di Novigrod, et ch'erano morti il Vescovo di Premisla, cancelliere del Regno, et il Palatino di Vilna, di casa Radzivil, heretico.

In dorso: All'Illustrissimo Cardinal [etc.] Farnese.

Alia manu: Signor Aniballe.

s.l., s.d.

*Ignotus
[Alexandro] Farnesio cardinali;
nihil nisi notam dorsualem documenti praecedentis transsumit.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 158.*

*In dorso: All'Illustrissimo et Reverendissimo Signor mio, Signor et
Padron Colendissimo Il Signor Cardinal Farnese.*

XI^a.

Alia manu: Il Signor Aniballe.

Niepolomiciis, 10.IV.1585.

Stephanus rex Poloniae
Alexandro Farnesio cardinali
gratias agit pro officiis nepoti suo cardinali Andreae [Bathoreo] praestitis.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 159.

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae etc., Princeps Transylvaniae. Reverendissimo in Christo Patri, Domino Alexandro Cardinali Farnesio [etc.] Regni nostri Protectori [etc.] salutem benevolentiaeque nostrae significationem.

Reverendissime in Christo Pater, Amice noster Carissime et Honorande.

Andreas Cardinalis, nepos noster, ut primum a suo ex Italia reditu nobiscum congressus est, permulta singularis Paternitatis Vestrae humanitatis in se officia, a summa benevolentia profecta, insigni praedicatione celebravit. Ita quod ex litteris illius de eximia Paternitatis Vestrae in nos ipsumque voluntate cognitum habuimus, idem de ipso coram uberius intelleximus. Amplectimur animo gratissimo amorem istum tam praeclarum nepotis nostrique a Paternitate Vestra studium, et ut sunt nobis ista gratissima, ita nihil unquam, dum feret occasio, officii, quod ad nostram erga Paternitatem Vestram propensissimam voluntatem testandam pertinebit, praetermitteremus. Interim Paternitatem Vestram feliciter valere cupimus. Datum Niepolomiciis, die X Aprilis, anno Domini MDLXXXV, Regni vero nostri Nono.

^{u)} Stephanus Rex manu propria.^{v)}

In dorso: Reverendissimo Cardinali Farnesio [etc.] Regni nostri Protectori [etc.].

Sendomiriae, 10.III.1585.

Dux in Oliea, [Stanislaus Radziwiłł]
Alexandro Farnesio cardinali;
de negotio Placentiae, bene a rege [Hispaniae Philippo II] soluto, congratulatur.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 160.

Illustrissimo et Reverendissimo Signore mio Osservandissimo.

Vengo tardi, et forse ultimo a tutti i servitori c'habbia Vostra Signoria Illustrissima, a rallegrarmi seco della bella dimostrazione che ha fatta il Re Cattolico all'Illustrissima sua casa della fortezza di Piacenza. Et

di questa tardanza non è causa altro che la lontananza di loco, ché quando costà le cose sono scordate, qua a pena cominciano a gire^{z)} per le bocche degli huomini: pure, o tardi o per tempo, ho voluto ch'ella sappia che ancor'io, come suo affettionatissimo servitore, me ne sono rallegrato, come di novo con questa me n'allegro con tutto l'affetto. Prego Nostro Signore Dio che concedi felicità di stato a Vostra Signoria Illustrissima, alla quale bascio humilissimamente le mani. Di Sendomiria, a' X di Marzo 1585.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
u) affezionatissimo servitore Duca de Olica.v)

In marg. inferiore: Signor Cardinale Farnese.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinale Farnese [etc].

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 157.

Pultoviae, 20.III.1585.

*Petrus [Dunin Wolski], episcopus Plocensis,
Alexandro Farnesio cardinali
seipsum commendat.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 161.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Petii ab Illustrissimo et Reverendissimo Cardinali Bolognetto, ut quod facile optimeque animadvertere hic potuit: mei observatissimi erga Illustrissimam Dominationem Vestram animi testimonium ei daret meque ei ita commendaret, ut etiam polliceri quae qui Illustrissimae Dominationi Vestrae plurimum debeat omninoque deditissimus sit, de me non dubitaret. Facturum id Illustrissimum Dominum Cardinalem certus quidem sum, nam id et summa eius humanitas, et mea, ne ullo in officio quicquam erga Illustrissimam Dominationem suam unquam praetermittam cura et diligentia, permittere mihi videtur. Tamen ut nihil reliqui sit, quod a me animadverti possit agique debeat, etiam has meas litteras ad Illustrissimam Dominationem Vestram dandas putavi, non quo plus eas apud eam ponderis habituras sperem, quam tanta auctoritate Illustrissimi Domini Cardinalis effici posse existimem; sed me ad multo plura maioraque, si id fieri possit, in colenda Illustrissima Dominatione Vestra cupidissimum paratissimumque esse ut intelligat sibi que persuadeat. Quodsi tantum huic meae diligentiae Illustrissima Dominatione Vestra tribuat, non video, cur non et reliqua, quae maxime opto, expectare ab eaque petere debeam. Id vero non minus alacri quam fidenti animo faciam, atque Illustrissimam Dominationem Vestram rogo, ut in omni officio, studio et cultu erga se tantum me semper curae et diligentiae adhibiturum certum habeat, quantum summa eius dignitas et mihi per-

specta insignis comitas, tum mea fides inprimisque declarandi atque testandi Illustrissimae Dominationi Vestrae gratissimi animi voluntas ac in eo institutum constans postulat. Deus Omnipotens omnia felicia Illustrissimae Dominationi Vestrae largiatur. Pultovia, die 20 Martii 1585.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
humilis servitor
Petrus Episcopus Plocensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 158.

Mechoviae, 6.IV.1585.

*Andreas Bathoreus cardinalis
Alexandro Farnesio cardinali;
de regis [Stephani Bathorei] et de sua propria benevolentia.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 162.*

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Quod per impeditas et Serenissimi Regis et meas quoque rationes facere antea non licuit, ut post meum ex Italia reditum invicem statim congrederemur, id tandem post absoluta Regni Comitia me consequutum eo magis laetor, quo maiore cum desiderio diem illum expectabam, quo pro mea singulari erga Illustrissimam Dominationem Vestram observantia apud Serenissimum Regem, dominum et patrum meum, testimonium ferre possem de studio praeclaraque voluntate Illustrissimae Dominationis Vestrae erga Maiestatem Illius, quam licet pluribus argumentis indes ostendere non intermittit, mihi tamen, nepoti Maiestatis Eius in Urbe commoranti, magis etiam evidentioribus signis ita patefecit, ut quo plura me hoc nomine illi debere intelligo, hoc mihi maior extollendae ipsius erga me benevolentiae campus quotidie sese offerat. Feci itaque et studiose et diligenter, quod officii mei ratio et meritorum Illustrissimae Dominationis Vestrae magnitudo requirere videbatur. In quorum commemoratione ita sum versatus, ut et Maiestas Eius ex tam propensa Illustrissimae Dominationis Vestrae erga se voluntate plurimum delectationis perciperet, et ego ex officii praestiti conscientia maximam consolationem retulerim. Habet Dominatio Vestra Illustrissima Serenissimum Regem nomini suo valde addictum, qui sicut ad gratificandum tam ipsi, quam praestantissimae familiae illius, voluntatem paratissimam semper gerit, ita occasionem eius expromendae sibi dari vehementer exoptat; quod per me significari Dominationi Vestrae Illustrissimae voluit; a qua etiam atque etiam maiorem in modum peto, ut quemadmodum pluribus significationibus me a se amari non obscure tulit, ita idipsum vel hac quoque ratione demonstret, ut mihi aliquid imperet. Inveniet profecto me ad omnia ipsius mandata exhaurienda paratissimum. Cupio Illustrissimam Dominationem Vestram diutissime bene feliciterque valere; cuius

me solitae gratiae et benevolentiae diligenter commendo. Datum Mechoviae, VI Aprilis, anno Domini 1585.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
servitor humillimus
Andreas Cardinalis Bathoreus.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 159.

Cracoviae, 24.IV.1585.

[Hieronymus de Buoi] nuntius in Polonia,
Alexandro Farnesio cardinali;
de audientia dimissoria coram rege [Stephano Bathoreo].

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 163.

Illustrissimo et Reverendissimo Signore mio, Padron Colendissimo.

Per sodisfare a quanto Vostra Signoria Illustrissima si degnò di comandarmi avanti la partita mia di costà, feci alli giorni passati compimento in suo nome, in quel migliore et più efficace modo che seppi, con questo Serenissimo Re. Il qual offitio quanto fosse grato a Sua Maestà, molto ben compresi da più segni et particolarmente dalla stretta et calda commissione che mi diede, d'haverne a ringratiar Vostra Signoria Illustrissima et certificarla, come faccio, che sicome la buona volontà sua verso questa Corona si conosce ogni giorno per gl'effetti, così all'incontro Sua Maestà intensamente desidera di poter anch'essa con gl'effetti mostrarne verso lei quella gratitudine et corrispondenza che ne conserva nell'animo; di che non starò hora a dirle altro per non fastidirla con troppo lunga diceria. Nel resto poi io la supplico a conservarmi nella sua buona gratia et a continuar di comandarmi in tutto quel che le paia, che io possa servirla in queste parti; che me ne farà favor segnalatissimo. Et per fine le bacio humilissimamente le mani. Di Cracovia, a' 24 d'aprile 1585.

u) Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
humilissimo et obligatissimo servitor
il Vescovo di Camerino.

Sua Maestà mostra restare molto satisfatta delli favori fatti da Vostra Signoria Illustrissima all'Illustrissimo Signor Cardinale Battori, mentre è stato costì, di che n'ha parlato meco molt'amplamente, et si scorge in Sua Maestà grandissimo amore verso detto Signor Cardinale, suo nepote.v)

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinal Farnese [etc.].

Alia manu: 85. Cracovia. Il Nuntio di Polonia.

u)-v) *Manu propria.*

N. 160.

Mechoviae, 26.IX.1585.

Andreas Bathoreus cardinalis
Alexandro Farnesio cardinali;
de obtenta a rege [Stephano Bathoreo] licentia Romam eundi.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 164.

Illustrissimo et Reverendissimo Signor mio Osservandissimo.

E' piacciuto a la Maestà del Re, mio Signore et zio, di farmi gratia in questa sua partita per Lituania, che io possa ritornare a Roma a far servitù a Sua Beatitudine et a tutti que' Signori da' quali, ritrovandomi costì, sono stato tanto amato et favorito; tra' quali perchè ho conosciuto sempre Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima per mio particolar signore et protettore, ho voluto subito con la presente darle ragguaglio, a ciò che sappia che, poichè lei non s'è degnata di commandarmi in questi paesi, doverà almeno darmi costì occasione di servirla, che così facendo crederò che mi ami, si come mi rendo certo, et tra tanto a Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima bascio le mani. Di Mecovia, a' XXVI di settembre 1585.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
u) servitor humillimus
Andreas Cardinalis Bathoreus.v)

In marg. inferiore: Signor Cardinal Farnese.

In dorso: Al' Illustrissimo [etc.] Cardinal Farnese.

u)-v) *Manu propria.*

N. 161.

Viterbii, 7.VI.1586.

Ioannes Demetrius Solikowski, archiepiscopus Leopoliensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
se oratorem [Stephani Bathorei] regis ad oboedientiam praestandam
Romam venire nuntiat.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 165.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater et Domine, Domine Colendissime.

Ad Sanctissimum Dominum Nostrum et Sanctam Sedem Apostolicam a Poloniae Rege meo Serenissimo obedientiae praestandae causa Orator inutilis venio. Supplico Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi

Vestrae, ut qua gratia coeteros Regis mei Oratores Regnumque ipsum totum complexa est semper, in eandem et me recipere velit meque in eorum numero censere qui se servos addictissimos Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae profitentur. De accessu meo ad Urbem, qui tardior est quam volebam, ob adversam valetudinem meam atque alia itineris impedimenta, aliisque rebus, commissi^{z)} Secretario, ut Reverendissimae Dominationi Vestrae nomine meo referat. Cui ut fidem habeat atque in iis, quae sunt praesentis muneris mei gratia, ut clementi favore suo Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra adesse velit, maiorem in modum ab illa rogo. Quam ut Deus Optimus Maximus diutissime servet salvam, incolumem et foelicem, ex animo opto ipsiusque manus perhumiliter exosculor. Viterbii, postridie festi Sanctissimi Corporis Domini. MDLXXXVI.

Dominationis Vestrae Illustrissimae et Reverendissimae
^{u)}servitor addictissimus et obsequentissimus
Ioannes Demetrius Solikowski
Archiepiscopus Leopoliensis.^{v)}

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio.

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 162.

Ilsae, 3.III.1586.

*Petrus Myszkowski, episcopus Cracoviensis,
Alexandro Farnesio cardinali
Stanislaum Reszke ad abbatiam Andreioviensem postulatam commendat.
Orig., sigil.*

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 166.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Visum est ad sublevandas monasterii Andreioviensis rationes atque ad restituendam in eo disciplinam ecclesiasticam valde pertinere, ut admodum Reverendus Dominus Stanislaus Rescius, Sanctissimi Domini nostri Referendarius et Sanctae Poenitentiariae Sigillator, defuncto Abbati sufficeretur. Quamobrem etiam a religiosis conventus illius in praesentia commissariorum meorum legitime postulatus est. Sed cum ille munus hoc detrectare videretur, multis ex causis, quas etiam mihi scriptas obtulit, passus tandem est sibi persuaderi, ut interim administrationem huius monasterii susciperet; et postquam in Urbem, ita volente Regia Maiestate proficisceretur, de iis, quae desiderantur, praesidiis et remediis cum Sancta Sede Apostolica transigeret, idque etiam per litteras meas Illustrissimae Dominationi Vestrae significandum putavi, ut Illustrissima Dominatio Vestra, pro sua in rem ecclesiasticam pietate et in patriam nostram singulari quodam studio, provideat, ne Dominus Rescius curam

istius monasterii deserat. Spero namque futurum, quod eius opera et vigilantia vitaeque exemplis cito perfectum videbimus, ut antiqua pietas et disciplina non solum in isto, sed in aliis etiam, in quibus desideratur huius Regni monasteriis, huius unius exemplo reflouescat, quam ad rem nonnulla iam esse facta videtur accessio. Nam et in hoc suo discessu ita mecum de omnibus huius monasterii rationibus et egit et transegit, nullum ut imminere periculum videatur, ne per absentiam illius vel de cultu divino, vel de bonis Ecclesiae aliqua diminutio consequatur. Factura est Illustrissima Dominatio Vestra rem pietate sua dignam et huic monasterio Andreiouiensi pernecessariam. Quod superest, commendo me in gratiam Illustrissimae Dominationis Vestrae eamque bene valere cupio. Datum ex Arce mea Iلسensi, 3 Martii 1586.

Illustrissimae Dominationis Vestrae
u) addictissimus servitor
Petrus Miscovius
Episcopus Cracoviensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Alexandro Farnesio [etc.] Regni Poloniae Protectori [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 163.

Cracoviae, 27.XII.[1586]

*Ordines nobilium Minoris Poloniae
universis*

*9 articuli de ordine tempore interregni tuendo, cum nota de consensu
aliarum provinciarum.*

Exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 167.

Ordinationes a Polonis in Palatinatu Cracoviae, Regno vacante per mortem Stephani, factae pro pace Regnoque tuendis.

Ordines Baronum et nobilium Minoris Poloniae Cracoviae 27. Decembris omnes concorditer convenientes, unanimiter (paucis exceptis, qui una cum proprio suo et aliorum interitum exoptant) concluderunt subsequentesque articulos constituerunt.

[1.] Ut unusquisque, in sua vocatione persistens, suo iure utatur. Quod si quisquam aliquam vim aut violentiam seu contumaciam vel etiam latrocinia exercere, aliove illicito modo alterius bona occupare attentaverit, sive ecclesiasticus sive secularis is fuerit, quicumque alterius bona vel ecclesias invaserit, is tanquam publicus patriae hostis ab omnibus censendus et tam in corpore quam bonis puniendus.

[2.] In quolibet districtu²⁾ Vaivodae tanquam observatores et inspectores nominati sunt. Iis coercendi omnes delinquentes et transgressores plenaria potestas concessa. Et quam primum vel externas insidias vel domesticas conspirationes adverterint, eas per publica edicta nobilitati et equestri ordini indicare, iisque nobiles et equites sine mora parere debent. Inobedientes vero et contumaces graviter puniendi.

[3.] Vaivodae Cracoviensi fines Hungariae et Silesiae commissi provisumque est de sustentando exercitu.

[4.] Arx Cracoviensis Capitanei eiusdemque collegarum tutelae commissa. Is praeter Polonicos milites, externos nullos suscipere nec ulli alteri, praeterquam novo ab omnibus electo Regi, eam tradere debet.

[5.] Archiepiscopus Gneznensis, Primas Regni, rogandus, ut quam primum convocationem instituat et cogat, ut tanto citius novus Rex eligi possit.

[6.] Nihil, quod in damnum Regni vergere possit in confinibus, nec intromittendum nec omittendum. Nullus item externus, qui se Magistratui non indicaverit, e Regno dimittatur aut intromittatur.

[7.] Nulli ultra decem externos ministros habere liceat.

[8.] In religione fraterna charitas et conservatio, a Rege Henrico et Stephano confirmata, firmiter observetur.

[9.] Civitates per suos cives procurentur et custodiantur.

[*Nota supplementaria*]

Hi sunt praecipui articuli, quos copulas²⁾ nominant, in quos et Lituani unanimiter consenserunt planeque concordēs sunt.

Ordines Maioris Poloniae et ipsi hactenus concordēs manent simulque adhuc congregati fuerunt.

Est et inter Massovios concordia, quibus placet, ut loco Regis Regina imperet. Deus omnipotens concedat pacem et unitatem, ut quam citissime bonus et christianus novus Rex eligatur.

2) Sic in ms.

N. 164.

Varsaviae, 7.IV.1586.

Episcopus Camerinensis [Hieronymus de Buoi]

Alexandro Farnesio cardinali

Ioanem Demetrium Solikowski, iam a rege [Stephano Bathoreo] commendatum, iterum commendat.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 168.

Illustrissimo et Reverendissimo Signor mio, Padrone Colendissimo.

Io son sicuro che la Maestà di questo Serenissimo Re haverà con sue lettere fatto largo testimonio a Vostra Signoria Illustrissima della bontà et valore di Monsignore Arcivescovo di Leopoli, Ambasciatore della Maestà Sua a Nostro Signore; et costì ancora n'havrà havuta piena informatione da molti. Con tutto ciò, havendo io, per l'offitio che tengo quà, toccato, come si suol dire, con mano l'ottime et sante parti di questo da ben Prelato, con le quali si porta così egregiamente nel governo della sua chiesa, et promove tanto la religione cattolica, che pochi

altri Prelati del Regno gli si possono in ciò agguagliare, ho voluto con la presente mia far di tutto questo fede a Vostra Signoria Illustrissima, acciò maggiormente si accenda in proteggere et favorire così degno soggetto; il che son però certo ch'ella haverebbe fatto senz'altro per la protectione et grand'affetione che ha havuta sempre a questa nazione, ma io ho voluto sodisfare a me stesso con quest'offitio, parendomi, quando havessi fatto altrimenti, di far gran torto alli molti meriti del sudetto Monsignore Arcivescovo. Et per fine bacio a Vostra Signoria Illustrissima humilissimamente le mani et mi raccomando nella sua buona gratia. Di Varsavia, li 7 di aprile 1586.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
u) humilissimo et obligatissimo servitore
Il Vescovo di Camerino.v)

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinal Farnese [etc.].

Alia manu: 86. Varsovia. Vescovo di Camerino. 7. aprile.

Intorno l'Arcivescovo di Leopoli, Ambasciatore della Maestà del Re di Pollonia.^{a)}

u)-v) *Manu propria.*

z) *Sic in ms.*

N. 165.

Cracoviae, 1.VII.1587.

Laurentius Nerri
Alexandro Farnesio duci Parmae
nuntiat de decessu Giraldi, servitoris domus Farnesiorum; refert de electione instante.

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol 119, f. 169.

Serenissimo Principe, Signore et Patrone mio Clementissimo.

Da che al Signor Iddio piaque tirar a se messer Giraldo, servitore antico di casa di Vostra Altezza Serenissima, mi è stato di sommo contento che la lettera ch'io gli havevo scritto sia pervenuta alle mani di Vostra Altezza Serenissima, donde harà possuto cognoscere ^{z)} la molta divotione mia verso la Serenissima Sua Casa et un caldissimo desiderio di vederla di più in più (conforme alle infinite virtù e valore che in essa regnano) exaltata, che poi non ho facultà di più oltre servirla, mi satisfò pur assai in veder che tal mio affetto sia noto a Vostra Altezza Serenissima, dalla quale reputando di haver ricevuto favore singulare, sendosi ella tanto benignamente degnata di scrivermi, ne la ringratio con ogni reverentia, supplicandola che se in quelli particolare ^{z)} che conteneva la mia lettera occorerà qualcosa per servitio del Serenissimo Signor Duca suo

Padre, si degni comandarmi, che dove varrò sarò pronto con ogni sincerità e fede. Di già tutti i Signori e Baroni son mossi per l'elezione e gran parte d'essi devono essere sul luogo; son comparsi li Ambasciatori di Sua Maestà Cesarea con gran comitiva, si aspetta quello di Sua Maestà Catolica et quel' del Serenissimo Arciduca Ferdinando et anco ciè^{z)} nova che deva comparire uno del Serenissimo Signor Duca Suo Padre, il che a Dio piaccia che veggiendo continuare in questi populi inclination grande verso di lui, potria facilmente sortirne l'effetto, e io mi moveria subito per irlo a servire. Fra li competitori che procurano questa Corona, si è di nuovo scoperto il Gran Duca di Moscovia con grosissime oferte, però la gloriosa fama del Serenissimo Signor Duca eccede ogni alta cosa; et con tal fine mi li inchino, pregandoli dal Signor Iddio ogni felicità. Di Craccovia, a dì primo di luglio 1587.

Di Vostra Altezza Serenissima
devotissimo et obsequentissimo servitore
Lorenzo Nerri.

In dorso: Al Serenissimo [etc.] Principe di Parma etc. etc. etc.

Alia manu: Di Craccovia, al primo di luglio 1587, a Sua Altezza del Signor Principe. Responsiva ad altra di Sua Altezza, et offerisce la sua servitù.

^{z)} Sic in ms.

N. 166.

Varsaviae, 28.VIII.1587.

*Senatus et ordines Regni Poloniae
Ioanni Bogusz et Ioanni Gniazdowski;
instructio in re eorum missionis ad [Rudolfum II] imperatorem.*

Exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 170.

Instructio Magnifico Domino Ioanni Bogusz, Castellano Czechoviensi, Capitaneo Zwolensi, ac Reverendissimo Domino Ioanni Gniazdowski, Episcopo Theodosiensi, Suffraganeo Metropolitanæ Ecclesiæ Gnesnensis Abbatique Mogilnensi, a Senatu et Ordinibus Regni Poloniae ad Sacram Caesaream Romanorum Maiestatem data.

Warshaviae, die XXVIII mensis Augusti.

Anno Domini MDLXXXVII.

Ante omnia Oratores, salute dicta, precabuntur Sacrae Caesareae Maiestati omnia fausta et foelicia, diuturnum et tranquillum Imperii statum, ad laudem et gloriam nominis divini et totius Christianitatis incrementum. Deinde in eandem sententiam verba facient:

Visum est, multis ac gravissimis de causis, amplissimo Senatui et ordinibus Regni Poloniae, missa hac per nos legatione, universi negotii habitae et peractae electionis novi Regis seriem omniumque consiliorum suorum rationes Sacrae Caesareae Maiestati Vestrae exponere, ac ad

notitiam vere, nude et simpliciter, ita uti res acta est, deducere; petit amplissimus Senatus et Ordines Regni, ut, dum hoc agimus, Sacra Caesarea Maiestas Vestra benigne audire dignetur.

Mortuo Serenissimo Principe Rege nostro Stephano, cuius memoria sit in benedictione, nihil prius habuit Illustrissimus Regni Senatus, quam ut in tanta Reipublicae orbitate Comititia eligendo novo Regi primo quoque tempore indiceret. Quod cum legitime factum atque ad ipsam electionem ventum esset, varii primum visi sunt animorum habitus, variae hominum voluntates et sententiae. Multi etenim nostratem hominem propter sermonis communionem legumque patriarum peritiam praeficiendum esse censuerunt, plerique Moschorum Principem, propter maximas et amplissimas ad Regnum accessiones, quas ille pro commodo totius Christianitatis per suos legatos offerebat, omnibus anteponendum iudicarunt, alii Serenissimi Suecorum Regis filium, nonnulli etiam unum ex Serenissimis Archiducibus Austriae Regem appellandum esse putaverunt, cupiens pro se quisque suum in hac parte iudicium suffragiumque valere. Sed Deus Optimus Maximus, in cuius manu sunt potestates et iura regnorum, ita Senatus universi et infinitae propemodum equitum multitudinis (praeter paucos admodum, qui factionis unius privata studia secuti erant) corda et animos inflectere dignatus est, ut cum de nostrate rem totius²⁾ maximis fere provinciarum studiis tentatam ne nunc quidem propter summas difficultates ad exitum deduci posse viderent, Moschum autem, scysmaticum Principem, sacris et prophanis²⁾ iuribus tuendis atque conservandis nequaquam satis tutum fore intelligerent, Serenissimum tandem Principem Dominum Sigismundum, Suecorum, Gottorum, Wandalorumque designatum Regem, renunciare unanimi consensu iusserunt. Quod idem Deus Optimus Maximus nobis et universae Reipublicae Christianae bonum, felix et fortunatum esse velit!

In qua electione summa habita est ratio moris antiqui et meritorum inclitae familiae Iagelonum. Mos enim Polonorum hic semper fuit, ut in electionibus Regum Principes de sanguine Regum suorum aliis competitoribus semper praeferrent. Quod quidem in continua successione vel ipsius stirpis Iagellonicae manifestum est. Ad haec multa et innumeralia extant domus Iagelloniae in Regnum benemerita. Superest adhuc in vivis Serenissima Princeps Regina, amita et loco matris electi Regis, quae cum statum suum vidualem pie, religiose et sancte tueatur negotiumque filii pia mater apud Senatum et Ordines sollicite promoveat virtutum eius admiratione et meritorum inclitae familiae ipsius gratissima recordatione, tum et aliis haud levibus causis adducti eo alacrius ordines descenderunt, ut eum, quem diximus, Serenissimum Principem Sigismundum, Suecorum Infantem, certo iudicio in Regem sibi eligere non dubitaverint.

Quam quidem constantem, et ab optimo in sanguinem Regum suorum animo profectum, atque, ut arbitramur, piam et Reipublicae salutarem Senatus et ordinum voluntatem, reliquos etiam fratres, qui a conventu electionis aberant, quibusque hoc tempore per universum Regnum partiales conventus sunt indicti, probaturos esse certo sperant et confidunt.

Porro altera quoque pars, quae aliquot tantummodo Senatoribus et pauca admodum nobilitate constabat, cum Senatum universum et equestrem Ordinem studiis suis minime consentientem videret, differendaeque in aliud tempus electionis consilium non succederet, fratrem Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae, Serenissimum Archiducem Maximilianum, tertio die post solis occasum, per Episcopum necdum confirmatum,

praeter auctoritatem Archiepiscopi Primatis, plurimis ex eodem illo coetu, qui initio privatas quorundam rationes promoturi et parti adhaeserant, invitis et reclamantibus, pro Rege sibi nominavit.

A nostra vero parte totus ecclesiasticus ordo, praesentes ultra quadraginta Senatores, infinita prope equitum multitudo, Ruscia, Prussia, Livonia nominatim universa, aliaeque Regni Provinciae, tum civitates omnes, quae suffragii lationem apud nos habent, denique Livonici Ruthenicique exercitus steterunt atque Regem eum, quem diximus, appellare iusserunt, non tumultuarie,^{a)} nec per vim, non contra leges et consuetudines patrias, sed pacate, libere et legitime. Renunciavit enim more et instituto maiorum nostrorum Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Gnesnensis, Primas Regni primusque Princeps, penes quem solum in Republica nostra ea potestas est; quod in renunciatione Serenissimi Archiducis Maximiliani aliter factum esse constat. Oppressis enim liberorum hominum, qui cum illis erant, suffragiis, Episcopus Kiioviensis, nondum confirmatus, paucorum istorum non tam rogatione quam iussu, eundem Regem nominavit. Atque haec est pura et simplex electionis nostrae narratio, quam ideo hic explicatam voluimus, ut facti nostri consiliique rationem redderemus, nec ex diversis rumoribus in varias hominum opiniones iudiciaque sinistra incurreremus.

Nunc iam Sacram Caesaream Maiestatem Vestram nomine Senatus et Ordinum inclytae Reipublicae nostrae appellamus et rogamus, ut cum tantam Senatus et equitum multitudinem a Serenissimi fratris sui electione alienam videat, paucorum sententias, ex rerum fortasse privatarum studiis profectas, sanioribus multorum, prope infinitorum, iudiciis ac decretis postponendas esse existimet. Nam optime apud se Sacra Caesarea Maiestas Vestra statuere ac pendere potest, aequum-ne sit Sacrae Caesariae Maiestatis Vestrae fratris electione omnino non legitima, libertatem nostram violari et Regnum hoc inclytum, quod laterum suorum obiectu reliquas christianas Provincias ab hostibus barbaris tutatur, in discrimen salutis et incolumitatis adducere. Scit Sacra Caesarea Maiestas Vestra, quibus hostibus non tam nostris privatis quam omnium christianorum communibus expositi sumus, novit Turcicam potentiam, cui coniunctae multorum Principum Christianorum vires saepenumero cesserunt, non ignorat Tartarorum celeritatem eiusque gentis pene innumerabiles copias, quae mox post mortem Regis in nostram vastitatem ac perniciem iam sunt paratae. Haec omnia metuenda sunt nobis ad ipsam famam civilis dissensionis.

Agnoscat quidem Senatus et Ordines Regni Poloniae non parum huic Regno praesidii contra barbaros ex auxiliis Christianorum Principum, atque adeo ab ipsa praeclarissima familia Austriaca accedere posse. Nec ignorat maiores suos in societatem belli adversus Christiani nominis hostes a Principibus Christianis quandoque invitatos se ad tam piam expeditionem, si Christiani Principes in unum coirent, non postremos^{b)} fore profectos esse; coeterum antequam ab aliis quidpiam certi decerneretur, se solos in apertum discrimen conicere nolle. Eadem mens, idem animus Senatui et ordinibus nunc esset, si Deus Optimus Maximus concordiam Christianis Principibus inspirare dignaretur. Quod ipsum a Deo Optimo Maximo assiduis votis ordines precantur.

Verum in praesenti rerum Christianarum statu, petit maiorem in modum a Sacra Caesarea Maiestate Vestra Illustrissimus Senatus, petit universus equester Ordo, perficere ut velit auctoritate sua apud Serenissimum Archiducem Maximilianum, fratrem suum, ut ille privatis suis

rationibus et fortunis salutem istius Regni ditionumque Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae atque adeo totius Christianitatis anteponat.

Imitetur hac in parte divum Maximilianum Imperatorem, omnibus seculis memorabilem, patrem suum augustum, qui tametsi plurimis Senatus, equitum, provinciarum, civitatumque suffragiis ad Regnum capesendum fuisset vocatus, adversus tamen suam electionem paucorum reclamationem^{c)} minime putaverat esse contemnendam, ratus in ea re potius cunctandum, quam ut Regnum tam amplum civilibus difficultatibus implicaret.

Similis si quidem causa est plane Serenissimi Archiducis Maximiliani, non similibus tamen firma rationibus, utpote illum plurimi, hunc paucissimi admodum elegerint, illius electio ritu institutoque maiorum, prae-terquam quod non omnium consensus accesserit, facta, huius contra morem institutumque patrium.

Pertinet hoc ad augustissimi nominis Austriaci gloriam Regnum in tanto periculo constitutum sapientia, consilio autoritateque sua servare. Pertinet ad ipsius Caesareae Maiestatis Vestrae gloriam Serenissimique illius Fratris existimationem atque adeo totius Christianitatis salutem et incolumitatem.

a) *In ms.* tumulturie.

c) *In ms.* reclamationum.

b) *In ms.* postremas.

z) *Sic in ms.*

N. 166 bis.

Varsaviae, 28.VIII.1587.

Senatus et Ordines Regni Poloniae

Ioanni Bogusz et Ioanni Gniazdowski;

instructio de missione eorum ad Maximilianum archiducem, quem de electione Sigismundi principis Sueciae edocturi sunt.

Exempl.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 171 continuatur.

Instructio, Magnifico Domino Ioanni Bogusz, Castellano Gechoviensi,^{z)} Capitaneo Znolenensi,^{z)} ac Reverendissimo Domino Ioanni Ginasdonski,^{z)} Episcopo Theodosiensi, Suffraganeo Metropolitanae Ecclesiae Gnesnensis, Abbatique Mogilnensi a Senatu et Ordinibus Regni Poloniae Provinciarumque illi adiunctarum ad Serenissimum Principem Dominum Maximilianum Archiducem Austriae data.

Varsaviae, die XXVIII mensis Augusti, Anno Domini MDLXXXVII.

Oratores, ad Serenissimum Archiducem Maximilianum destinati, salutem et omnia fausta ac foelicia Suae Serenitati nomine Ordinum inprimis compraecati, sententiam Ordinum infrascriptis aut eis similibus verbis explicabunt.

Non dubitat Illustrissimus Senatus et Ordines Regni Poloniae Provinciarumque illi adiunctarum ea, quae in Varsoviensi ad eligendum novum Regem indicto conventu acta sunt, ad Serenitatem Vestram iam perlata esse, optassetque magnopere, ut tales potissimum inde Nuncii Serenitati Vestrae contigissent, qui non solum vere et candide, sed etiam

recto iudicio et ratione Serenitatem Vestram de omnibus edocere certamque reddere potuissent, aut certe voluissent. Ne vero aliquis sive nimio in Serenitatem Vestram studio, sive commodorum suorum spe, sive aliquo errore abductus, publicorum Regni consiliorum rationes secus ac res est interpretaretur, et Serenitati Vestrae obtruderet, visum est Senatui et Ordinibus nos ad Serenitatem Vestram ablegare, qui seriem earum omnium actionum nude et simpliciter eidem exponeremus. Quod dum facimus, urgemus, ut Serenitas Vestra benigne audire dignetur.

Cum ad Conventum, electioni novi Regis indictum, Senatores et reliqui ordines, qui ius ferendi in electione suffragii apud nos habent, frequentissimi convenissent, variae initio animorum habitudines extiterunt: multis nostratem, plerisque Moschorum Principem, nonnullis Suecorum electum, quibusdam etiam unum ex inclyta et omni aevo celebratissima familia Archiducum Austriae Regno praeficiendum contendentibus.

Post aliquas autem non adeo longas discrepationes factum est tandem, ut Dei Optimi Maximi inspiratione, corda et animos hominum inflectente, universus Senatus et infinita equitum multitudo, provinciaeque omnes et primariarum urbium atque exercituum nuncii unanimi consensu Serenissimum Sueciae Principem Sigismundum Regem Poloniae esse iusserint oreque Archiepiscopi Gnesnensis renunciaverint.

Qua in re nollet Illustrissimus Senatus caeterique Ordines dignitatem Serenitatis Vestrae a se neglectam fuisse existimari, quorum hoc tempore de Serenitate Vestra iudicium fuit, ut cum propter generis maiestatem, tum ob prudentiam, humanitatem singularem caeterasque regias virtutes, non modo Regno Poloniae, sed quibusvis Regnis amplissimis dignissimam eam iudicaret.

Verum non ignorat Serenitas Vestra Regna atque Imperia, ut plurimum, non tam ex competitorum dignitate, quam ex Dei solius, hominum mentes atque voluntates quo illi videtur impellentis, arbitrio atque voluntate constitui.

In hac enim renunciatione a Senatu et Ordinibus spectata fuit primum divina voluntas, cuius manifestum iudicium fuit tantae multitudinis in unum Principem consensus, ex divina procul dubio inspiratione profectus. Deinde generis propinquitas, qua proxime defunctos Reges Serenissimus Sueciae Princeps attingeret, cuius rei tametsi apud liberum populum, qui subiectionem suam haereditario [regimini] ^{a)} debet, minor ratio haberi potuisset; tamen recordatio tot meritorum inclytæ Yagellonum familiae, quae retroactis annis Regnum hoc foelicissime administravit, ad animos populorum conciliandos Regnumque in pace continendum lege quadam naturae plurimum adferre posse momenti visa est. Serenissimae quoque et piissimae Principis Annae Reginae, quae negocium sororini sui, quem loco filii ducit, apud Ordines promovebat, pia sollicitudo non parum apud eos, ut merito debuit, valuit. Tum et aliae gravissimae et Regni istius intimae et propriae causae, quas enumerare ut nihil attinet, ita et longum esset.

Atque haec est brevis, vera et succincta narratio eorum, quae ab universis Reipublicae nostrae Ordinibus ad Varsoviam superiori mense gesta fuerunt.

Et quamvis nonnulli, communi huic et universali Ordinum concordiae non acquiescentes, triduo post Serenitatem quoque Vestram Regem Poloniae acclamaverint, tamen ubi Serenitas Vestra a quibus et quomodo quaeque electio facta sit, accuratius inspexerit, facile apud se pro sua prudentia statuet, quae cui merito anteferenda sit.

Inveniet a parte Serenissimi Suecorum Principis totum ecclesiasticum Ordinem, Senatum universum, equitum maximam multitudinem, Russiam, Prussiam, Livoniam, provincias et civitates omnes, Ruthenicos et Livonicos exercitus. Videbit vicissim a sua parte unum tantummodo Palatinum cum quatuor fere Senatoribus, nobilitatem vero admodum paucam.

Illam quidem renunciationem de unanimi plurimorum consensu, nemine contradicente, pacate, libere, ritu et instituto patrio ab Archiepiscopo Gnesnensi, Senatus et Regni Principe, cuius id iuris est, media luce peractam: hanc paucorum iussu, multis pro illo numero (qui ab initio privatas quorundam rationes promoturi eis adherebant) reclamantibus, ab Episcopo Kijoviensi,^{b)} qui et in ordine Episcoporum infimus et nondum consecratus ac ne confirmatus quidem est, praeter^{c)} leges et consuetudines Regni, post solis occasum, inter tenebras prolatam.

Nec dubium est, quin ceteri quoque omnes, qui abfuerant, quibus indicti sunt conventus particulares, priorem illam libenter sint approbaturi et definituri.

Sed nos pluribus agere nolumus. Ipsa Serenitas Vestra vel ex ipsis notiorum hominum subscriptionibus, quibus multorum obscurorum conquistata suffragia, multorum absentium nomina adiuncta sunt, facile deprae-hendet, a quam paucis ista renunciatio sua administrata fuerit, ut qui hoc modo Regnum deferre velint, non ius Regni, sed causam armorum dare voluisse videantur.

Quae cum ita se habeant, rogat Senatus et universus equester Ordo, rogat tota Respublica Polona, ut Serenitas Vestra paucorum sententias, ex rerum fortasse privatarum studio profectas, multorum sanioribus iudiciis postponere velit: et a Regno, quod invitis illis acquirendum sit, abstinendum sibi existimet.

Vetus est illud: invitis imperare, etiamsi possis, arduum esse, difficile et periculosum. Matureque secum reputet, quam funestum illud certamen futurum sit, quam crudele spectaculum, quam tristis et acerba utracies victoria, cum frater contra fratrem stringet et vibrabit arma, cum non se ipsos, modo et suam patriam, sed reliqua etiam Christiana Regna, quae laterum suorum obiectu hactenus tutantur, barbaris hostibus laceranda exponent et gentibus inimicis...^{d)} Poetam, proprium praebe-bunt cruorem.

An putat enim Serenitas Vestra quieturos interim Turcas, Tartaros, aut alios christiani nominis hostes? Suam illi, credat Serenitas Vestra, occasionem, suam fortunam censebunt dissidia nostra; quibus captandis imperium suum hactenus longe lateque in orbe christiano non dissimili exemplo propagavere. Quibus resistere tanto difficilior erit, quanto magis intestinis bellis vires nostras in diversa atque adeo in nos ipsos distrahemus.

Sit illi exemplo insigne et omnium seculorum memoria dignissimum factum divi parentis sui, Maximiliani Augusti Imperatoris laudatissimi, cui tametsi frequentibus Senatus, equitum, provinciarum, civitatumque suffragiis Regnum hoc ante undecim annos fuisset delatum, paucorum tamen reclamationem tanti putabat esse faciendam, ut cunctando potius nos ipsos sanare, quam festinando barbarorum crudelitati dissentientes exponere maluerit.

Atque illius electionis ab hac plane dispar ratio fuit, nempe illam plurimi promovebant, hanc paucissimi, illa ritu et instituto patrio, praeterquam quod omnes ad unum non consenserint, haec contra morem et institutum patrium, imo contra omnium pene voluntatem peracta est.

Expendat proinde Serenitas Vestra, quaenam ista gloria futura sit Serenitatis Vestrae (quam ex gloriosissima familia ortam, ipsam quoque non dubitant ordines ad gloriam esse natam), amicum et vicinum Regnum absque voluntate, amore et benevolentia civium obtinere velle.

Quae omnia ubi Serenitas Vestra apud se accurate^{e)} examinaverit, nunquam, opinor, inducet in animum ea aggredi, quae in aggrediendo et perficiendo nullum honorem, nullam gloriam, summam autem difficultatem et periculum habitura sunt; nunquam incertum fugacis fortunae eventum certissimo istius Regni exilio aliorumque Christianorum Regnorum periculo anteponet. Dabit hoc potius ingenuae animi sui moderationi, qua virtute illam excellere omnes depraedicant. Dabit paci et tranquillitati universae Reipublicae Christianae. Dabit saluti et libertati istius Regni, quod artissimis foederum et affinitatum vinculis inclytae Austriacae familiae fuit, est eritque semper devinctissimum. Atque ut det, Illustrissimus Senatus omnesque Ordines Serenitatem Vestram obnixè rogant et obtestantur.

a) *Verbum regimini vel similis omissum videtur.*

b) *In ms. Aijoviensi.*

c) *In ms. propter.*

d) *Sequuntur aliqua verba, quae non leguntur ob destructionem.*

e) *In ms. accurose.*

N. 167.

Pultoviae, 6.IV.1587.

Petrus [Dunin Wolski], episcopus Plocensis, Alexandro Farnesio cardinali; per episcopum Camerinensem [nuntium Hieronymum de Buoi] Romam revertentem salutationes mittit.

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 171.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Non puto propterea me ab Illustrissima Dominatione Vestra vel nomine negligentiae accusatum iri, vel non in iis haberi, qui studiosissime Illustrissimam Dominationem Vestram colant perpetuaque observantia summa cum fide prosequantur, quod dies, menses ac prope annos praeterire patiar et non ad Illustrissimam Dominationem Vestram litteras dem; cum facile in mentem Illustrissimae Dominationi Vestrae venire credam, nihil unquam a me commissum esse, cur hoc vel ullo tempore non plane deditissimus Illustrissimae Dominationi Vestrae esse videri tenerique debeam. Deinde nihil hic vel maximo spacio temporis accidere, quod dignum sit iis litteris, quas ad Illustrissimam Dominationem Vestram mittam, et si quid novum, magnum et notabile eveniat, id rumor, multorum litterae multique nuncii ad eam subito afferant; tum maximam me rationem Illustrissimae Dominationis Vestrae cogitationum, curarum occupationumque habere, iis ne impedimento sim, saepius me officium mittendarum ad eam litterarum intermittere; de quo quia saepius cum Reverendissimo Domino Episcopo Camerini, qui munere Sanctissimi Domini

nostri nuntii magna cum dignitate in hoc Regno confecto, in Italiam revertitur, communicavi ostendique ac testatus sum non me operae aut labori parcere, sed tantam amplitudinem, quanta summa in Illustrissimae Dominationis Vestrae dignitate atque auctoritate est, diligenter considerare summeque suspicere, ideoque saepius a scribendo abstinere, neque tamen unquam intermittere, quin cogitem et optem hanc inprimis et occasionem et facultatem mihi concedi, ut maiora indes indicia testimonianaque meae erga Illustrissimam Dominationem Vestram observantiae cum caeteris omnibus, tum inprimis Illustrissimae Dominationi Vestrae dare queam ac valeam. Quod quam ego meditari mihi que assidue proponere soleam, quia Reverendissimus Dominus Episcopus Camerini non potius a me commemorari quam a se narrari, demonstrari testarique apud Illustrissimam Dominationem Vestram vult, permittam hoc eximiae erga me Reverendissimae Dominationis suae benevolentiae, ut quantum hunc eius amicissimum ac liberalissimum animum faciam, hac quoque ratione ostendam; et Illustrissimae Dominationi Vestrae existimandum relinquam me quicquid cuipiam debeam, id magni aestimare. Atque cum tantis totque beneficiis ab Illustrissima Dominatione Vestra affectus ornatusque sim, ita non modo sentire, sed videri etiam velle ei esse obstrictum, ut nemo sit, qui ei plus debeat ac magis omni officio et studio satisfacere cupiat, quod ut sibi certo polliceatur confirmari que ac omnino a Reverendissimo Domino Episcopo Camerini persuaderi patiatur, vehementer etiam atque etiam rogo. Deus Omnipotens Illustrissimae Dominationi Vestrae omnia felicissima perpetuo largiatur. Pultovia, die 6 Aprilis 1587.

u) Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae
humilis servitor
Petrus Episcopus Plocensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 168.

Cracoviae, 21.VIII.1587.

*Stanislaus Rescius [Reszka]
Alexandro Farnesio cardinali
nuntiat Sigismundum principem Finlandiae in regem electum esse.
Orig., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 172.*

Illustrissime Princeps, Reverendissime Domine Observandissime.

Pro perpetuo meo in Celsitudinem Vestram Illustrissimam cultu et observantia faciendum putavi, ut Illustrissimam Celsitudinem Vestram de nova Regis Poloniae electione faciam certiozem. Quae ad diem 19. Augusti hora 17 contigit. Pronunciatus enim est Rex Poloniae Sigismundus Princeps Finlandiae, Regis Suetiae filius adolescens, ut Patres So-

cietatis testantur, ad omnem laudem natus. Zborovii fratres pro electione alicuius Archiducis magna contentione egerunt, sed Reginae pientissimae preces et elemosinae praevaluerunt; quod huic Regno foelix, faustum ac fortunatum esse Deus velit.

Illustrissimus Dominus Cardinalis Bathoreus valet bene munereque suo graviter et cum laude fungitur. Plura cum cogovero, fusius scribam. Commendo me in gratiam Celsitudinis Vestrae Illustrissimae. Datum Cracoviae, 21 Augusti, anno Domini 1587.

u) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
servus perpetuus
Stanislaus Rescius, Regni Poloniae Vicecancellarius.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 169.

Pragae, 6.I.1587.

Marcus Antonius Ricci
principi Parmae [Alexandro Farnesio]
nuntiat imperatorem [Rudolfum II] relationem de decessu [Stephani
Bathorei] regis Poloniae recepisse.
Orig., autogr., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 173.

Serenissimo Signore et Padrone mio colendissimo.

.

La vigilia di Natale Sua Maestà hebbe per corriero la morte del Re di Polonia, passato a miglior vita alli 13 del passato in Grodna di Lituania, et si crede che lei non sia per ingolfarsi in questo negotio nella maniera, che fece il Padre, havendo anchor la piaga sanguinosa delli debiti molti che le lasciò per questo effetto, et sin'hora non s'intende che habbi fatto motivo alcuno, se non d'ispedir con corriero per Roma. Di Praga, il di 6 gennaio 1587.

.

humilissimo et devotissimo servitore
Di Vostra Altezza Serenissima
Marc'antonio Ricci.

In dorso: Al Serenissimo [etc.] Prencipe di Parma.

Alia manu: 86.^{z)} Praga. 6 genaro.

z) *Sic in ms.*

Varsaviae, 8.III.1587.

*Ioannes Demetrius Solikowski, archiepiscopus Leopoliensis,
Alexandro Farnesio cardinali;
de decessu regis dolorem iterum significat suum, senatus, reginae [Annae
Iagellonicae]; de missione [Hannibalis de Capua] gaudet.*

Orig., sigil. (partim deletum).

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 174.

Illustrissime Princeps et Reverendissime in Christo Pater.

Quod litteris meis ad Regem meum Serenissimum, qui iam in Domino quiescit, dum viveret abunde sum testatus, id cumulatissime praestitissimam, si eum in hac vita mortali adhuc reperissem, nimirum de singularibus Illustrissimae Dominationis Vestrae officiis et benevolentia erga me, Oratorem illius, incredibili gratia et favore exhibitis. Sed et illum non solum mihi, verum et nobis omnibus fortuna invidit, et me, post Sanctissimi Domini Nostri litteras ad eum praemissas, ad eum proficiscentem tanquam in medio cursu defraudavit. Invidit eum et Ecclesiae Catholicae, cuius erat et verus filius et propugnator constantissimus. Invidit huic Reipublicae, quae utinam experiri non cogatur hoc tertium memoria nostra interregnum multo difficilium ac periculosius esse duobus prioribus, post mortem prioris, discessum posterioris Regis; utinam aut electus Rex a nobis non fuisset, aut cum immortalis esse non posset, saltem hoc tam iniquo tempore Reipublicam nostram morte sua orbam non reliquisset. Incidimus in varias perturbationes, quibus occasionem praebuerunt quarundam potentium familiarum vivente Rege conceptae, nunc autem tanquam partu quodam infelici in lucem editae iniuriae et offensiones, in quibus sanandis et componendis laborat quidem Senatus Regni, sed et ipsi, partium suarum benevolentia ducti, vix satis moderata consilia admittunt. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilant qui custodiunt eam. Instant barbarorum acies, Turcae immanissimi, Scythae ferocissimi et alii barbari indomiti, qui quanto vincente Stephano mitiores fuerunt, tanto nunc maiores erigunt cristas, et sublato Stephano et nobis dissidio domestico laborantibus. Unde mihi magnopere placet, quod Reverendissimus Archiepiscopus Neapolitanus, vir cum autoritate, in hanc tempestatem Reipublicae nostrae a Sua Sanctitate mittatur. Cuius spero, Dei bonitate, tantam futuram esse rationem apud nostros homines, ut eius adventus ad res componendas plurimum momenti habiturus esse videatur. Ego humanitatem, favorem, gratiam et benevolentiam singularem Dominationis Vestrae Illustrissimae erga Serenissimum Regem nostrum ac nationem nostram universam, tum Serenissimae Reginae, tum Regni Episcopis ac Senatoribus reliquis praedicavi. Ipse autem eo sum animo, ut libentissime profitear me in omne vitae meae tempus Dominationi Vestrae Illustrissimae obligatissimum esse ac fore. Quae ut me in gratia servet sua, ab illa diligentissime peto. Regno autem ac Reipublicae huic, uti se semper Illustrissima Dominatio Vestra

patronum et fauorem benignissimum et benevolentissimum declaravit, ita nunc, in ea orbitate nostra, ut omni opera, favore et consilio suo adesse velit, ego pro pietate mea erga Ecclesiam Dei et patriam meam maximopere peto. Quod superest, manus illius exosculor atque Deum rogo, ut Dominationem Vestram Illustrissimam diutissime servet salvam et incolumem. Varssaviae, 8 Martii 1587.

u) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
deditissimus cappellanus et servitor
Ioannes Demetrius Solikowski
Archiepiscopus Leopoliensis.v)

In dorso: Illustrissimo [etc.] Cardinali Farnesio [etc.].

u)-v) *Manu propria.*

N. 171.

Cracoviae, 6.III.1587.

[*Hannibal de Capua*] *archiepiscopus Neapolitanus*
Alexandro Farnesio cardinali;
se in Polonia receptum esse refert, de proximis comitiis ad regem eligen-
dum nuntiat.

Orig., autogr., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 175.

Illustrissimo et Reverendissimo Signor, Padron mio Colendissimo.

Il Signor Duca di Termole, mio fratello, da Napoli et il mio agente da Roma m'hanno dato raguaglio della benignità con la quale s'è degnata Vostra Signoria Illustrissima haver protezione di me nell'occasione ultimamente nata per la morte del Re di Pollonia. Il che si come sopra ogni merito mio lo riconosco per singolare gratia, così me li dedico servitore devotissimo et cercarò occasione de corrispondere a tanto debito, per quanto mi sarà possibile, con fede et reverenza tale che Vostra Signoria Illustrissima vegga d'havere impiegata la sua autorità in beneficio di persona, se non meritevole, almeno che riconosce et stima, quanto deve, favore tanto principale.

Io nel venire entrài subito nel Regno, se bene alli confini volevano fare qualche difficoltà, et me ne venni vicino Craccovia et col consenso poi de tutti i Senatori ch'erano congregati in Varsovia, hebbi adito libero per tutto il Regno in servizio di Nostro Signore, non ostante le loro ultime costituzioni. Hora m'invio per essere in Varsovia, dove sarà la elettione del Re, dove et in ogni luoco mostrarò al mondo quanto io mi conosca servitore obligato di Vostra Signoria Illustrissima et della sua

serenissima casa, et humilissimamente le bascio le mani. Di Craccovia, li VI marzo MDLXXXVII.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
humilissimo et obligatissimo servitore
Annibale Arcivescovo di Neapoli.

In dorso: All'Illustrissimo [etc.] Cardinal Farnese.

N. 172.

Cracoviae, 15.I.1587.

*Anonymus [Polonus]
duci [Parmae, Alexandro Farnesio?];
de eius possibili in regem Poloniae electione.*

Orig.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 176.

Serenissimo Gran²⁾ Duca, Signor Signor et Padrone Clementissimo.

Ho consumato molto spatio di tempo in pensare infra me stesso a questo negotio, che hora metto mano di scrivere a Vostra Altezza Serenissima, per molti rispetti; prima considerando qual sia la grandezza sua et le occupationi importanti in che è impiegata; se il negotio è degno di lei; et poi anche per ultimo, per non m'ingannare nel avviso, se il nome et la devotione di questi popoli verso di Vostra Altezza Serenissima era fondata et stabile, come apparse subito doppo la morte del nostro Serenissimo Re Stefano. A che pur'ancora, quanto alle prime cagioni, ne lascio al'Altezza Vostra Serenissima il giuditio, ma ben per l'altra l'assicuro che non solo la devotione di queste gente²⁾ verso di lei riesce fondata et stabile, ma si va crescendo et allargando ogni giorno più, celebrandosi le actioni rarissime et le rarissime qualità sue da per tutto, con molto desiderio di havere l'Altezza Vostra Serenissima per Re et Signore, si che sicuramente posso scrivere al'Altezza Vostra Serenissima, senza dubbio d'ingannarmi, che se lei per suoi Ambasciatori alla Dieta del'Eletione, che si terrà in Varsavia, città principale in la provincia di Masovia, che si spera sarà presto di poi Pasqua, verso maggio, manderà a domandare il Regno, con offerte et condizioni ragionevoli, l'otterrà con molta lode et honore, sendo questi Popoli, com'è detto, inclinati al nome della sua grandezza, tanto che è impossibile il dirlo, facendosi per molti et molti mentione spesso del'osservanza che il Serenissimo Stefano sempre mostrò havere, nelli suoi ragionamenti, alli grandi affari di Vostra Altezza Serenissima, riguardando in essi, come in specchio lucidissimo. In questo Regno, di poi la morte del Serenissimo Stefano, morto alli 12 di dicembre passato in la città di Grodna, in Lituania, come già Vostra Altezza Serenissima harà inteso, da per tutto si è atteso a mettere tutti quelli buoni ordini per la pace et quiete del Regno, si intrinca che dei confini, come si è giudicato meglio esser necessario; et per alli 2 di febraro prossimo fu stabilita, pure in Varsavia, una convocatione, che hora è stata prolungata per li 12 detto, dove si confermerà li ordini detti, stati messi per li palatinati del Regno di

poi la morte di Sua Maestà, aggiungendo o levando d'essi, secondo il consiglio generale. Si spedirà alli Principi circonvicini a offerire et pregare la buona vicinanza in questo stato d'interregno si trova la Corona, con la pace solita tra buoni amici. Si stabilirà et fermerà il tempo dell'elezione del nuovo Re et si provvederà a tutto il necessario, per ogni sicurezza de confini da tutte le parti, acciò che, aposato animo, si possa poi procedere in questo atto dell'elezione. Li Principi si tiene manderanno a richiedere il Regno, sono: la Maestà dell'Imperatore, per se o per uno delli Arciduchi fratelli, il Serenissimo di Suetia per il figliuolo, Vostra Altezza Serenissima et il Serenissimo di Ferrara; sono anco alcuni altri soggetti in parlamento, ma per ciò di poca stima, come anco si parla di un privato della natione, ma è impossibile. Et per li nominati tutti Vostra Altezza Serenissima tiene il primo grado, per haverlo se vorrà, sendo che, oltre alla dignità sua et fede gli portano questi popoli, che in tutti li altri appariscono cagioni grande et importante, tanto che non possono lasciare ammetterli, come per che, a foggia alcuna, non vogliono questi popoli casa d'Austria, per essere intrinseca disunione fra questa natione et l'Alamanna, che se ne vedde l'esperienza alla passata elezione del Serenissimo Stefano; Ferrara è attempato et con consorte; Suetia che per essere per madre figliolo di una sorella della nostra Serenissima Regina, come anche stante che la Livonia rimarrebbe del tutto in pace alla Corona, ha ratione grande, ma impedisce che li Sueti, vedendo il padre vecchio, non vogliono si parta del Paese, et anche per alcune altre ragioni et cagioni importantissime è ributtato, volendo più tosto havere la sorella, donzella di circa 18 anni, per Regina, in matrimonio a che eleggeranno per Re, con moderatione delle cose di Livonia. Nel'Altezza Vostra Serenissima adunque resterà il volere, secondo il suo gran animo, che tutto il resto succederà; che a me come devotissimo servitore dell'Altezza Vostra Serenissima basterà havergli dato, con questi particolari, avviso della fede hanno questi popoli in l'Altezza Vostra Serenissima come Principe humano, generoso et forte, resonando da per tutto così il nome suo et fede dico che persevera in aumento ogni giorno più gagliarda, con inclinatione di darseli ognuno per suddito, et gridarlo Signore, come forse sin'adesso da altri harà sentito et sentirà. Sendo passato tanto avanti, mi pare ancora, con sopportatione però dell'Altezza Vostra Serenissima, dirle, come cognito delle cose di qua, che se non volesse, per qualche rispetto, entrare in mandare Ambasciatori grandi, basterà mandare uno o dui agenti negotiatori d'importanza, con lettere di fede di Vostra Altezza Serenissima, che per il resto li suoi devoti li metterieno sulla strada di come tirare a fine il negotio con ogni celerità et fedeltà, purchè presto comparissino, acciò che, se altro più bisognasi, si potesse provvedere con la presentia loro. Che a nostro Signore Dio piacci ispirare l'Altezza Vostra Serenissima col suo Santo Spirito. Con che gli resto pregando lunga vita et continuo corso di vera felicità et exaltatione, facendoli humilissima reverentia. Di Cracovia, alli 15 di gennaro 1587.

Di Vostra Altezza Serenissima
devotissimo et humilissimo servitore.^{a)}

Il nome non si mette et degni rispettare i tempi.^{b)}

a) *In ms. sequuntur aliquot puncta.*

b) *Lectio incerta.*

z) *Sic in ms.*

Varsaviae, 26.VIII.1587.

Augustinus Bruno
Alexandro Farnesio cardinali;
de [Alexandro Farnesio] duce [Parmae] in regem Poloniae non electo.
Orig., autogr., sigil.
A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 177.

Illustrissimo et Reverendissimo Signore, Padrone Colendissimo.

Mando a Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima qui incluso un picciolo testimonio della mia infinita osservanza verso di lei e tutta la sua Illustrissima et Serenissima casa, il quale se bene a prima vista sarà giudicato forse di troppo alto pensiero,⁷⁾ rispetto alle mie deboli forze, et io però sarò stimato per avventura troppo audace, che senza commandamento di lei mi sia posto a tale impresa, nondimeno al nobilissimo animo di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima che stima la buona volontà de' suoi servitori spero che parrà opportuno et che lo riceverà a grado. Io, essendo venuto in queste parti con questa occasione del nuovo Re, assicuro Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima che nessuna altra cosa hebbi mai più a cuore, che, se fosse piaciuto a Dio, il negotio si concludesse nella Serenissima persona del Signor Duca, suo Nepote, et non ho mancato presso' il Signor Cardinale Radzivil, et con l'occasione di qualche autorità che dal suo servitio mi viene, presso ogni altro Senatore, insinuare questa cosa et promoverla in tutti quei modi che'l gran desiderio congiunto con particolari circospezzioni, di non far cosa se non utile, mi dettava.

Ultimamente vedendo che questi concorrenti, per via di certe orationi che da' loro Ambasciatori si facevano andar attorno, si ingerivano nell'acquisto della gratia di questi Signori, io ancora spetialmente per occorrere et rispondere ad alcune obiettoni che mi dispiacevano, posi mano alla penna, et tale quale ella vedrà mi riuscì la difesa, o più tosto publicatione di tanti meriti fatta a genti, parte delle quali conoscevano, altre non conoscevano, nè volevano conoscere lo splendore che da essi procedeva; fu stampata poi di consenso del Signor Cardinale et se ne fece larga distributione per via di più persone tra le quali fu Monsignor Reverendissimo Nuntio di Nostro Signore. Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima vedrà dalle lettere dell'istesso Signor Cardinale, quanto facile sarebbe stata la riuscita di questo negotio et quanto già erano gli animi di tutti inclinati a così santa resolutione, se vi fosse stato chi avesse dimandato apertamente. Di tutto darò pieno raguglio a Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima a bocca, piacendo a Dio ch'io me ne possa ritornare hora, compito questo negotio, conforme al mio desiderio, et se ciò non sarà, ella ne havrà una breve relatione, havendo giudicato che così conviene al servitio che devo a Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima non solo come a mio Signore, ma come a Protettore di questo gran Regno. Et a Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima fo humilissima riverenza, pregando' il Signor Dio che le

doni felicemente il compimento de' suoi desideri. Di Varsavia a' 26 di agosto 1587.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reverendissima
humilissimo et devotissimo servitore
Agostino Bruno.

In dorso: all'Illustrissimo [etc.] Cardinale Farnese [etc.].

Alia manu: 87. Varsavia. Agostino Bruno. 26 di agosto.

z) Sic in ms.

N. 174.

s.l., s.d., 1587.

*Stanislaus Karnkowski, archiepiscopus Gnesnensis,
Alexandro Farnesio cardinali
refert Sigismundum [Wasa] in regem electum esse eumque laudat; rogat,
ut papa [Sixtus V] instet, ne archidux [Maximilianus] vi coronam
obtinere conetur.*

Orig., sigil.

A.S. Parma, Cart. Farn. Pol. 119, f. 178.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Etsi non dubitavi, quin exitum electionis nostrae regiae vel fama vel multorum literae ad Urbem iampridem pertulerint, putavi tamen reddendum esse Sanctae Sedi Apostolicae facti mei rationem, quod rogante populo universo, Ordine Senatorio, antistitibus, provinciis, urbibusque omnibus, Regem renunciaverim Serenissimum Principem Dominum Sigismundum, Suecorum, Gotorum Vandalorumque Infantem, adolescentem innocentissimum ac piissimum. Non enim dubito, quin isthaec electio nostra varie homines affectos trahat in diversas opiniones atque sententias; cuius causa misi ad Urbem Reverendum Dominum Vincentium, Praepositum Lascensem, qui Dominationi Vestrae Illustrissimae officiosissima mea obsequia deferet atque omnia, quae nomine meo coram illa dicturus est, publicis actis legationibusque confirmabit. Quem ut Illustrissima Dominatio Vestra et ipsa benigne audiat, et apud Sanctissimum Dominum Nostrum id urgeat, velit autoritatem suam interponere apud Serenissimum Imperatorem et Catholicum Hispaniae Regem, ut cladem et vastitatem Christiani orbis, quam contentio ista secum adfert, revocando Serenissimo suo fratre a Regni non legitime delati ambitu, prohibeat, maiorem in modum ab Illustrissima Dominatione Vestra peto. Erat hoc quidem meum studium, ut quemadmodum nomine Sanctissimi Domini Nostri a Reverendissimo illius Nuncio fueramus moniti, alicui ex Serenissimis Archiducibus Austriae Regnum deferretur, conabarque quam plurimorum Ordinum consensum in meam adducere sententiam.

Sed cum populus prope universus et quam plurimi Senatores, qui electioni interfuerant, non censuerint alium magis e Republica fore, quam Serenissimum Sueciae etc. Infantem, communis omnium sensus, quasi ipsius Dei vox fuit mihi necessario sequenda, ut mutata voluntate non Austriam Principem, quem ipse volueram, sed quem populus Ordinesque iussissent, Regem renunciarem. Quam renunciationem postea provinciae et civitates omnes, quae lationem habent suffragii, ratam et gratam se habere professae sunt. Illa enim electio, seu potius acclamatio de Serenissimo Archiduce Maximiliano ab omnibus istis damnata est, ut quae a septem tantummodo Senatoribus, renunciante, praeter morem et consuetudinem Regni, Nominato Kiioviensi Episcopo nondum confirmato, non multisque nobilibus, et iis maxima ex parte haereticis atque proscriptis et infamibus, per vim et tumultuarie peracta esset. Res iam est in discrimen adducta, uterque Princeps delatum sibi Regnum acceptavit, articulis libertatem et publica commoda in se continentibus iureiurando firmatis; uterque contendit ad Regiam, sed alter populo fausta acclamante et prosequente, iam medium Regni praetergressus, alter vix confinia Regni ingressus armis, publico decreto sancitis, progredi prohibetur. Acre profecto certamen utrinque metuendum est, nostris pro libertate patria, Serenissimo Archiduce pro Regno, dimicantibus. Cum interim Turcus et Tartarus eventum discordiae nostrae quasi suam fortunam expectat, ut, altera parte succumbente, victorem fessum et imbecillum aggrediatur. Hoc vero quicquid mali est, facile intelligit Illustrissima Dominatio Vestra non finibus Regni istius conquieturum, sed etiam omnes Christiani Orbis Provincias pervasurum esse.

